

2. Quare potius his temporibus, quam alijs ordinatis conferantur; cedit Præpositus in cap. *Quoniā, & ceterorum huc eadem distinet*, sed melius Rebus ubi p̄dō xime, vñm. 9; ait, *introductione esse his quatuor temporibus fieri ordinationem ut ordinati exornentur*, & sub quatuor evangelijs servire Christo, & ecclesie moneantur: in vere, ut virtutibus floreat, in æstate, ut fructus afferant, in Autumno ut fructus operum metat; in Hyeme, ut fructus collectos conservent, & eis fruantur. Adde posita ad cap. I. num. 2. infra distinct. 76.

3. In Glossa ultima. Disputat Glossa. Vtrum prius ordinati præferantur alijs in habēdis honoribus licet posteriores sint meliores, de quo vide Tiraquel de iure primogenitor in p̄fatione, num. 152. Azeved in Rubr. tit. 2. lib. 6. nova recopil. num. 113. & 114. qui late prosequuntur, & nostra Glossa meminere. Vide texum in l. 1. vers. quis enim C. de consil. lib. 12. & quæ diximus ad cap. episcoporū supr̄ dict. 74.

DISTINCTIO. LXXVI.

CAP. Ieiunium. I.

SVMMARIVM.

1. *Quibus temporibus ieiunia celebrentur?*
2. *Ratio propter quam ieiunatur quatuor temporibus.*
3. *Dictio, sic, quid significet?*

IN textu. Collige ex illo quod ter in anno apud Romanos olim celebrabatur ieiunium, postea Callistus I. in epistola 1. ad Benedictum episcopum anno à nativitate Domini 223. iuxta Holoandri Chronologiam, quatuor temporum ieiunium instituit, Vere, Æstate, Autumno, & Hyeme. In ipsa vero epistola traditur ratio ab ipso Callisto ex veteris testamenti ieiunio Zachariae cap. 8. quod ex, D. Hieronymo explicatur in cap. ieiunium infra eodem, ubi vide posita; latè Covarr. lib. 4. resolutionū c. 20. n. 9. in principio, qui nostri textus meminit. Post septennium deinde Urbanus Papa I. in Concilio Placentino cap. 15. decretum Callisti antecessoris sui renovavit, de quo in cap. statuimus infra eodem.

2. Existimatum est Dei præceptum de persoluendis Deo primitijs, hoc ieiunio quadam-

tenus impleri. Nam cum quatuor sint anni tempora, & in quolibet tres menses, nos in initio cuiuscumque, tres dies ad gloriam Trinitatis ieiunamus, atque ita cuiuslibet primijs Deo persolvimus, non aliter, quam decimas totius anni, quadragesima compensamus, & fiunt veluti expiatio temporis, quo liberalitate divina, vita frujimur, & cibo donamur. Cum enim nobis semper ieiunandum, & orandum sine intermissione sit, datum est hoc fragilitati nostræ; ut quod semper facere nō possumus; certis tamen temporibus faciamus, & decimis voluti, & primitijs temporis persolutis reliquum in privatos usus redimamus; prosequitur eleganter Alphonsus Ciaconius in tractat. de varia ieiuniorum observantia cap. 2. Adde posita ad cap. viii. num. 2. supra dist. 75.

In textu, ibi, Sic. Quæ dictio est consecutiva ad sequentia, Glossa I. in cap. sic populus 61. 1. quasi I.

CAP. Constituimus. II.

SVMMARIVM.

1. *Concilium Mogontinum 1. quando celebratum?*
2. *In quatuor temporibus orationes sibi in templo.*

IN superscriptione, ibi, Ex Concilio Moguntino 1. Celebratū sub Leone III. Imperante Carolo Magno anno Domini 813. cui interfuerunt triginta episcopi, Abbes viginti quinque ut tradit Padilla in Epithome conciliorum fol. 50. At Cardinalis Baronius tom. 9. Annal. ait fuisse celebratum anno 847. Kalendis Octobris, sub Rabano episcopo, Leone quarto Pontifice, & Lothario 7. Imperatore, ut habet veteres Francorum Annales, à Pithaeo editi. Ex quibus redarguit collectorem Cœciliorum tom. 3. Pórrò occasio huius congregandi Concilij fuit, quia bona ecclesiarum, itemque iura, atque personæ à laicis invadabantur. Pertinet ad hoc concilium, quod habetur de pseudoprophetissa, quæ inter alia deliria certum consumacionis saeculi diem, ipsumque eodem anno futurum, tanquam divina revelatione prædicabat. Diligenti verò de ea examine in synodo habito, publicis cæsa flagellis cum dedecore suis vaticinijs finem imposuit.

In tex-

2 In textu, ibi, Quatuor tēpora.

Ieiunabatur in quatuor tēporibus feria quarta sexta, & sabbato, quo & orationibus, & vigilijs, in templo populus christianus vacabat. Intērim dum solemne iejunium istud agebatur, in conventu ecclesie publicē legebatur historia, & passio Iob, ut eius laboribus, & ærūnis perceptis, fideles iejunij, & vigiliarum molestias facilius tolerarent. Quod & Origenes docuit Cōmentariorum in Iob. lib. I. Leo Papa 1. sermone 2. de Pentecoste, prosequitur late Alphonsus Ciacon. de variis iejuniorum observantia cap. 2. fol. 8. & nostri textus meminit. Covar. lib. 4. resol. numer. 9. ad med.

CAP. De iejunio. III.

SYMMARIVM.

- 1 Concilium Salegunstadiense quando celebratum?
- 2 Gregorius Lopez nostri textus meminit.
- 3 Maius dignum trahit ad se minus dignum.
- 4 Dominica, & iejunium simul concurre non possunt.

IN superscriptione, ibi, Ex Cōcilio Salegunstæ. Salegunstadiense Concilium episcoporum sex, cui interfuit Bruchardus Voratiensis episcopus, doctrina, & sanctitate clarus sub Aribone Archiepiscopo Mogunito, tēpore Benedicti Pótificis VIII. Atq; primū omnium factorum iejuniorū sunt spatia dilata, nempe ut omnes christiani, sub illorum episcoporum cura existentes, dies quatuordicim ante festivitatem sancti Ioannis Baptistæ, abstinerent à carnis, & in Nativitate Domini similiter cohibita, & restricta numerosior cuiuslibet sacerdotis una die missarū celebratio, ne scilicet quisquam eorū in die amplius, quam tres missas celebrare præsumeret. At vero non sunt recepta quæ in eo statuta sunt de tempore præfinito iejuniorum, quatuor anni temporum, adversus enim ea latius disputat eiusdem saeculi scriptor, qui Author est Mirologi cap. 25. à quo præsens Concilium Mogunitum nominatur, quod apud Moguntiam loco Salegunstad fuerit celebratum, vide latè Baron. tom. II. anno Christi 1022.

In textu. Cuius meminit, & materiam prosequitur. Covar. lib. 4. resol. cap. 20. num. 9. post med. Gregor. Lopez part. I. tit. 23. l. 5. Glossa ult. adducens verius.

Vult Crux, & Lucia, Cinis, divina charisma.
Ut iejunetur quarta sequens feria.

In Glossa, verbo, Celebrari in principio. Et sic maius dignum trahit ad se minus dignum, iuxta textum in cap. quod in dabis de consecratione ecclesie DD. in regul. accessorum, lib. 6. Chassenæus in consuetudinibus Burgundia Rubr. I. num. 109. fol. 77. qui nostra Glossa meminit.

In eadem Glossa, ibi, Ieuniū, & Dominica. Docet Glossa quod Domini nica, & iejunium simul concurrere non possunt. Nam veteres, & recentiores Patres summopere caverunt ne iejunio diem Dominicum, eiusque celebritatē turbarent, existimantes latitudinem eius quodāmodo minui, & violari, si mōror illi, vel luctus iejunij accederet, aut ulla ex parte misceretur. cap. iejunium cap. ne quis de consecratione dividit. 3. latè Alphonsus. Ciaconius de observatione iejuniorum cap. 5. fol. 17. & vide quæ diximus ad cap. Si quis 7. supra distinct. 30.

CAP. Statuimus. IV.

SYMMARIVM.

- 1 Vrbanus Potifex quis fuit?
- 2 Ieiunia quatuor temporum an sint à tēpore Apostolorum?
- 3 Verbum, statuimus, inducit ius novū?

IN superscriptione, ibi, Vrban⁹. Hoc est Vrbanus II. de quo vide quæ scripsimus, ad cap. de clero 37. numer. 1. supra distinctio ne 50.

In textu, ibi, Ieiunia quatuor temporum. Ieiunia quatuor anni temporum, nēpe Veris in quadragésima, Æstatis in Pentecoste, Autumni mensis septembri, & Hyeme Decembri ex doctrina Spiritus sancti, & Apostolica institutio ne sumpsiſſe principium confirmat S. Leo sermone 7. & 9. in iejunio mensis septimi, & sermone 4. & 8. iejunio mensis decimi, de quo in cap. huius infra eodem, non autem à Callisto Papa, ut alij tradidérunt; Nam iste si quæ de his scripsit, edito decreto

decreto firmavit, quæ à maioribus ex traditione perceperat. Porro eadem quatuor temporū ieiunia celebrari quoque solita in ecclesia Orientali Athanasius in Apolog. de fuga sua ministerio videtur, dum agit de ieiunio post Pentecosten; vide latè Baron. tom. I. Annal. anno Christi 57. prope finem. Adde posita ad cap. I. numer. 2. supra hac eadem distinctione. Covar. lib. 4. Variar. c. 20. num. 9. ante fin. Petrum Gregorium syntagmat. iuris part. I. cap. 18. num. 9.

- 3 In textu, ibi, Statuimus. Verbum Statuimus inducit ius novum Clement. fin. in fine de rescriptis ubi Glossa ult. Glossa verbo, Statuimus in Extravag execrabilis de prabend. Aliquando est verbum consilij. Turrecrem. numer. 1. in cap. Statuimus dist. 4.

CAP. Igitur. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Dies inter Pascha, & Penthecostem dicuntur dies letitiae.
2 Dicō, deinde, quid significet?

IN textu, ibi, Lætitiae dies. Dicuntur dies lætitiae propter gloriam Resurrectionis, quia liberati sumus de potestate hostis, & propter expectationem spiritos sancti, & propter mercédem futuram, quam significavit cap. ieiunium 25. de consecrat. dist. 5. advertunt Turrecrem. in praesens. num. 1. Propositus eodem num. At de festo Resurrectionis vide latissimè Franciscū Suáres tom. I. de Religionē lib. 2. de diebus festis cap. 6. At de nostro textu meminit Petrus Gregorius syntagma; iugis part. I. cap. 18. num. 5. ad fin.

- 2 In textu, ibi, Deinde. De qua dictione; vide textum in l. si tibi. 28. ff. de admendis legatis l. non ad ea. 88. ff. de condit, & demonstrat. Barr. in l. in repetendis 61. ff. de legatis. 3.

CAP. Huius. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Utilitas ieiunij, quoad spiritualia.
2 Utilitas ieiunij, quoad corporalia.

IN principio textus, ibi, Observantiae utilitas. Multas utilitates affert ieiunium, & ad tria potissimum sicut institutum: Primo ad concupiscentias carnis reprimendas, unde Paulus 2. ad Corinthios 6. inquit, in ieiunijs, in castitate, quia scilicet castitas per ieiunium observatur, ut ait D. Hieronym. 2. contra Iovinianum, sine Cerere, & Baccho friget Venus. Secundo noscitur institutum ieiunium, ut mens liberius elevetur ad sublimia contemplanda, unde dicitur Danielis 10. Quod post ieiunium trium hebdomadarum revelationem accepit à Deo, legimus etiam quod Elias quadraginta diebus ieiunaverat, cum currū igneo raptus est in Cœlum. Tertio noscitur institutum ieiunium ad satisfacendum pro peccatis, iuxta illud Joel. cap. 2. Convertimini ad me, in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu. Quæ omnia attestatur Divus Augustinus in sermone 230. de tempore, circa principium, dum, inquit, Ieiunium purgat animam, mentem sublevat, propriam carnem spiritui subiicit, cor facit contritum, & humeratum, concupiscentia nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis verò lumen accedit, legislatores sapientes facit, & multa alia, de quibus Basilius magnus homilia 1. de ieiunio ante medium.

At non solum ista spiritualia bona parit ieiunium, sed etiam ad valetudinem, & fortitudinem, maximè conductit, secundum elegatia verba D. Hieronymi relata in cap. ne tales, & in cap. legimas de consecrat dist. 5. ubi ex medicorū sententia docet morbos quam plurimos per ieiunium curari, quia ex ciborum abundantia ortū habuere. Iuvat illud Ambrosij de ieiunio cap. 9. ubi refert, quod Judith ieiunans omnibus diebus viduitatis suæ præter festorum dierum solemnitates, omnem Assyriorum exercitum circunvenit, & caput Holofernis amputavit, quia ieiunium ad pietatē armat, in bellis fortitudinem assert, in pace quietem docet, ut ait Basilius Magnus ubi supra. Facit denique ieiuniū formam speciosiorem, ut legimus in tribus pueris Sidrach. Misach. & Abdenago, pro ut refert D. Athanasius in sermone ad Virgines. Nonnulla tradit Petrus Gregor. Syntagm. iuris lib. 1. cap. 18. num. 16. Covar. lib. 4. Resolut. cap. 20. num. 6. in fine, & num. 9. post principium.

CAP. Ieiunium quarta VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Traditur ratio ex veteris testamēti ieiunio.
2 Tira:

2. Tiraquel. nostri textus meminit.
3. Transcriptum sine originali an valeat?

4. Covarruvias. nostrum textū interpre-
tatur?

In textū. Quamvis enim s. Leo in cap.
supra proximo veteris testamē-
ti loca non expesserit, à quibus ipsa ie-
junia nobis sunt derivata, in Zachariæ
propheticis scriptis videntur contineri, ut tra-
dit D. Hieronymus in presenti. In septimo namque
capite mentio fit de ieiunio quinti, & septimi
mensis cū planetu, & mætore celebrato ante
annos septuaginta, & cap. 8. quatuor ieiunia
celebria Hebræorum memorantur in hæc
verba. Hæc dicit Dominus exercituum, ieiunium quar-
tam, & ieiunium quinquaginta, & ieiunium decimum, scilicet
mensis, erit domus Iuda in gaudium, & in letitiam,
& in solemnitates præclaras. Hæc autem ieiunia
celebrantur à Iudeis incensibus Iulio, Ilio,
Septembri, Decembri, ob calamitates, & ad-
versa quæ illis temporibus ipsis contigere;
tradit Alphonsus Ciacon. de varia ieiuniorum observa-
tione. cap. 2. fol. 9. Petrus Gregor. synagm. iuris lib.
2. cap. 18. numer. 9. ad fin. & num. 11. latè Goyar.
lib. 4. resolutione. cap. 20. num. 9. post principium
& ante finem, qui nostri textus meminere.

2. Ante mediū textus, ibi, Om-
nes in solitudine. Ponderat Tiraquel. de
iudicio in rebus exiguis
ferendo, numer. 90. vers. octogesimo primo, referens
Abbatem in procēdio Decretal. col. ultim. affirmā-
tes, quod si testes deposuerint, omnes fecisse
aliquid, ut non vitetur eorum dictum, si pau-
ci ex illis illud non fecerunt, exemplo eius,
quod scribitur in cap. re vera, in principio de con-
secratione, distinction. 2. quod omnes filii Israel,
qui de manu manducaverunt, in deserto
mortui sunt; cum tamen Caleph, & Iosue
non fuit illuc mortuus, ut scribitur in præ-
senti.

3. In Glossa, verbo, Rivulus.
Controvèrtit *Glossa*, an valeat transcriptum,
sine originali, de quo videnti sunt *Glossa*, &
DD. in capit. 1. de fide instrumentorum, & in l. 2.
f. eodem, & in l. 3. Cod. de diversis rescriptis, & in
Authent. si quis in aliquo, Cod. de edendo. Covarr.
prædicarum, capit. 19. numer. 10. & capit. 21. nu-
mer. 2. post alios Dueñas regul. 280. Molina de pri-
mogenijs, lib. tertio, capit. 13. à numer. 47. la-
té, Mascarus de probationibus conclusione 711. &
927.

4. In §. Non autem. Dicit Gratia.
nus non posse

quattuor mensis ieiunia celebrari ante diem
Pentecostes, quia à Resurrectione ad eam diem
nullum ab ecclesia inducitur ieiunium; uti-
turque Gratianus hac inductione, qua planè
intellexit non posse alter convenire quatuor
temporum ieiunium, quod ex veteri testa-
mento à Calixto Pontifice iuxta anagogem
quadi videtur. Sed ahi sic sensus Gratiano apt-
tari possit? Vide eleganter Covarr. lib. 4. resolutione
num cap. 20. n. 9. post principium, vcl. & ideo,
qui nostri textus meminist.

CAP. Scire debet. VIII.

S V M M A R I V M.
**Quinquaginta diebus, qui inter Pas-
cha, & Pentecosten intervenerint,**
non ieiunatur.

2. An liceat geniculari ad verba, & ho-
mo factus est, tempore Resurrec-
tionis?
3. Pentecoste unde dicatur?
4. Instrumento debiti reperto apud debi-
torem, an presumatur debitor libe-
ratus?

In textū. Collige ex illo fuisse ab ec-
clesia in dictam relaxatio-
nem quinquaginta illis diebus, qui inter
Pascham, & Pentecosten, interveniunt,
de quibus Ambrosius in presenti, prosequitur Al-
phonsus Ciaconius de varia ieiunij observatione cap. 1.
ad medium pag. 18. Et cap. 6. in principio fol. 19. qui
nostri textus meminist.

Post principium textus, ibi,
Neq; ad exorandum Deum ge-
nibus succedamus. Ex hoc textu di-
cie Navarr. de ora-
tione cap. 4. num. 7. & sequenti magnam conté-
tionem exortam fuisse inter nonnullos cum
Salmantice perlegeret. An liceat geniculari
ad verba, Et homo factus est, tempore Resurrec-
tionis, sive inter Pascha, & Pentecosten?
Nonnulli enim docebant non licere permo-
ti verbis nostri textus, cui similis in cap. Quo-
niam de serijs, & in cap. ultim. 30. distinctione,
ubinotavimus, numer. 3. Contrarium tamen
observat idem Navarr. dicto cap. 4. num. 11.
& idem dicendum esse ad Ave Maria, cum

H h b

sub

**Sub crepusculo noctis pulsatur ad illud, quod
nostris Lusitanis vocant à Trindade, quia per mis-
num sic pullum, observat idem Nayar. num. 8.**

3 In textu, ibi, Pentecostes.
**Advertit Turrecrem. in præsentis, numer. 3, quod
Pentecoste, dicitur à pente, quod est quinque, &
coste, quod est decem, quia quinque decem
sunt dies à Pascha. Vnde Pentecoste aliquan-
do dicitur ipsa quinquagesima dierum, quam
doque ipsa septimana Pentecostes, quandoq.
ipse dies quinquagesimus à Pascha. Sed bona
cum venia Turrecrematæ, etymologia Pente-
costes, quam assignat nusquam reperitur in
tota lingua Græca, licet enim Pente, significet
quinque (quod verum est) attamen coste non
significat decē, sed est terminatio genitivi ca-
sus nominis adiectivi numeralis Pentecostè for-
mati à pente sicut apud Latinos à quinque
quinquagesima, & utrobique subintelligitur no-
men substantivum sceminiū, nempe apud
Latinos dies, apud Græcos imera, id est, dies,
coste autem ut dixi per se sumptum apud Græ-
cos non significat, sicut neque gesima apud La-
tinos in nomine quinquagesima significat decē.
 Et licet quis dicat particulam gesima apud La-
tinos dici quasi decima mutatione duarum li-
terarum, & significare decem; tamen de par-
ticula coste apud Græcos non potest dici quid
simile, quia, ut notum est ijs, qui aliquam Græ-
ce linguae peritia non habent, coste Græce nihil
significat præter hordeum, quod Turrecrema-
ta proposito inservire nequaquam potest.**

4 In Glossa, verbo, Evacuato.

Collige ex illa quod non sufficit reperire in-
strumentū apud debitorem nisi probetur traditū
à creditore, de quo vide Bald. per illum textum in
l. un. §. Illi autem, Cod. de latina libertate tollenda,
Bart. dicentem illam sententiam approbari per Glos-
san communiter receptam in l. si postquam, ff. de
pactis, tradit post alios Præposit. in præsenti, nu-
mer. I.

CAP. Nosse. IX.

1 In Vigilia Pentecostes est ieunium.

**2 Necesse, idem est aliquando, quod, co-
nveniens.**

I N textu, Ieiunavimus ab
bato. Igitur Vigilia Pentecostes est ie-
junanda, ut ex nostro textu de-
ducit Naras, consilia. de observatione in-
niorum, editione 2. & subdit quod ecclesiæ con-
suetudo generalis ita habet in omnibus Reg-
nis, in quibus ipse moratus fuerat, tam Galli,
& Lusitanæ; quam Castellæ, Navarræ, & Ro-
manæ ubi tunc morabatur, gratias agens Deo,
qui illum seipsum amatorem fecerat.

In Glossa, verbo, Necesse.
**Exponit Glossa, id est conveniens, & in hac sig-
nificatione læge capit, ut per Glossam ultimam
Clement. I. de procuratoribus. Nam verbum ne-
cessitativum de sui natura quandoque non ne-
cessitat, si subiecta materia hoc non patitur,
cap. inter alia. 31. de sententia excommunicationis;
nec semper necessitatem important
qua imperantur, Glossa, verbo, Item quia, in
Clementin. exxi, de verborum significacione.**

CAP. Post Pascha. X.

SUMMARIUM.

**1 Inter Pascha, & Pentecostem potest
quis ieunare.**

**2 Permissum aliquid, si non fiat, non con-
stituit transgressionem.**

I N textu. Docet Isidorus in præsentino
inhiberi ita ieuniū illis quin-
quaginta diebus inter Pascha, & Pentecostem, ut non possit in eisdem quilibet (excep-
tis Dominicis) ieunare, nam hoc cuilibet li-
cere exemplis propositis recte asseverat. Pro-
sequitur Alphonsus Ciaconius de varia ieuniorū ob-
servatione, cap. 5. §. Isidorus folio. 18. qui textus
meminit.

**In textu, ibi, Non sunt pro-
hibendi. Igitur illud quod permittitur, si
non fiat, non constituit trans-
gressorem in culpa, argumento textus in cap.
quisquis 38. infra 24. questione prima; observat Tari-
crem. in præsenti, numer. I. Aliud namque cit
principere, aliud permettere, cap. bac ratione 31.
questione I.**

**3 Non sufficiunt observantes. Dicuntur
una non potest.**

CAP.

CAP. Vtinam. XI.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores qui textus meminere.
- 2 Dominicis diebus an sit ieunandum?
- 3 Consuetudo interpretatur legem.

IN textu. De quo meminerunt, & eius materiam prosequuntur Alphonsus Ciacon. de varia ieuniorum observatione cap. 5. fol. 18. ad medium Petrus Gregor. Syntagm. juris, part. 1. lib. 2. cap. 18. num. 10. Covar. lib. 4. variarum, cap. 20. num. 10. post principium.

2 In textu, ibi, Dominicis diebus. Praepositus in praesenti, numer. 1. multus est in disputando, an liceat die Dominico ieunare? Tu vide quae de hoc scripsimus ad cap. si quis tanquam num. 1. & 2. supra distinctione 30.

3 In Glossa ultima. Docet Glossa, quod consuetudo interpretatur legem, multum namque valet interpretatio ex usu desumpta ad legis obligationē prescribendam, & interdum talis esse possit ut authentica sit, & pro lege habenda, quæ opinio communis est Doctorum, ut sumitur ex cap. cum dilectus, de consuetud. quatenus in eo dicitur consuetudinem esse optimam legum interpretem, quod etiam habetur, in lege si de interpretatione, ff. de legibus, tradit Suares lib. 6. de legibus, cap. 1. num. 4.

CAP. Dilictionis. ult.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinationes presbyterorum quando celebrandas?
- 2 Quod à multis fit, dicitur fieri ab omnibus.
- 3 Dic̄tio, idem, quid significet?

IN textu. Scribit Gelasius, ordinationes presbyterorum, & diaconorum certis temporibus exerceri debere, & sic ordinis sacros extra tempora iure definita non esse concedendos; tempora vero esse quatuor anni ieunia, & hebdomadam quartam qua-

dragesimæ, quæ præcedit Dominicam in Pas- sione, & Sabbathum ante resurrectionis diem ut respondit Alexand. 3. in cap. de eo, de tempor. ordinat. Appellat autem Gelasius ieunium quarti mensis, quodd observatur post Pentecosten, & ab alijs dicitur ieunium mensis Iunij, obseruat Covar. lib. 4. resolut. cap. 20. numer. 9. vers. ex his, qui nostri textus meminist.

In textu, ibi, Ab omnibus. Idem dicas

si duo, vel tres contradicant, quia pro duobus, vel tribus nihil est immutandum cap. denique, in principio 7. quæstione 1. cap. gratum, §. Cumque de postulatione prælator. cap. Cum nobis, 19. §. His igitur ad finem de electione, advertit Præpositus in praesens. Vide tamen Glossam, verbo, ab omnibus, in cap. si Archiepiscopus de temporibus ordinat.

In textu, ibi, Eiusdem. Dic̄tio idem est

relativa, & repetit qualitatem dispositionis, ad quam se refert, l. à filio, §. Testator, & ibi. Bart. ff. de alimentis, & cibarijs legat. l. 1. in fine, ff. de ijs, qui sunt sui, Rebuff in l. unic. notabili, 4. numer. 26. Cqd. de sentent. Mandos. in regul. 32. quæstione 28. num. 6. & quod ista dic̄tio referatur tantum ad præcedentia, nec habeat tractum ad futurum, Tiraquel de retraçia Lignagier. §. 1. Glossa 9. numer. 24. ubi dicit, numer. 25. quod non potest omnia referre ad præcedentia, neq; cum omnibus qualitatibus. At quod dic̄tio idem non solum referatur ad id quod est idem in specie, sed etiam ad illud quod est idem in genere, docet Glossa in l. final, ff. de magistris. Alex. in l. unum, notab. 1. ff. de rebus credit. De cius in l. mutuum damus, numer. 6. in 1. lectura, ff. si certum petatis, post alios Cenedus singulati, 97. numer. 3.

DISTINCTIO. LXXVII.

CAP. Illud. I.

- 1 Prima tonsura non est ordo.
- 2 Non peccat mortaliter, qui eam recipit in mortali.
- 3 Nec episcopus eam conferens in mortali, peccat mortaliter.
- 4 Sacerdos assistens matrimonio, & con-

4. si ni ferens benedictiones nuptiales non peccat mortaliter.

5. Sacerdos distribuens Eucharistiam in mortali, peccat mortaliter.

6. Laius qui in casu extrema necessitatis confert Eucharistiam in mortali, non peccat mortaliter.

7. Quid de sacerdote mutante, vel defrente in supplicatione Eucharistia in mortali?

8. Consecrari in episcopum non nisi sacerdos, eligi non nisi constitutus in sacris potest.

9. Quid si tempore electionis fuerit in minoribus, in tempore vero confirmationis in sacris?

10. Postulari potest in episcopum, qui non sit constitutus in sacris.

In textu, ibi, Sit primū ostiarius. Notat Iacobus de Graff 2. par. decision. aurear. lib. 1. cap. 9. num. 12. Non numerari hic inter ordines primam tonsuram, sive p̄almistatum (de quo nos in cap. Psalmista, 20. distinct. 23. per totum) quia prima tonsura ex opinione theologorum, quos ibi citavimus, num. 6. & probabiliorem diximus, non est ordo; videbis pro hac sententia, præter eos, quos ibi retuli, Paludanum in 4. distinct. 24. artic. 1. num. 6. Martinum de Ledesma in 2. 4. quest. 42. articul. 2. Amovium Cuchum de institut. Canonie. lib. 5. titulo 8. de sacramento ordinis, Sylvestru verbo, Ordo 1. num. 1. vers. Secundo eit dubium de p̄almista. Ioann. Altenst. ag. in suo lexion, verbo, tonsura, Atmilla, verbo, Ordo num. 1. Surdus conf. 259. vumer. 8. lib. 2. Covar. in cap. quia nos, num. 4. de testament. Petrum Tolosan. lib. 16. Syntagm. iuris, cap. 1. num. 8.

2. Hinc deduces suscipientem primam tonsuram non teneri præmissa probatione se reputare contritum, & in gratia, sine conscientia peccati mortalis, quia non recipit sacramentum, aut partem sacramenti, ubi gratia conferatur, ut bene ad vertit Henr. lib. 10. de ordine, cap. 2. num. 3. ad medium, secus esset, si prima tonsura esset sacramentum, ut sunt reliqui ordines, quia tunc necessarium recipiens tonsuram præmittere deberet contritionem, vel attritionem cum confessione, ut de recipientibus sacramenta, tradunt Doctores communiter, teste Suario tom. 3. de sacrament. disputat. 18. sectione 2. §. dico 2.

3. Quæres an licet primatonsura non sit sa-

cramentum, nihilominus peccet mortaliter episcopus, qui eam in mortali confert? Respondeo cum Shatio tom. 3. de sacrament. disp. 16. sect. 3. §. atque hinc constat. non peccare mortaliter, sed tantum venialiter, quod probat ex doctrina S. Thome. 1. part. questione 64. artic. 6. & ex Caetan. & Soro, quos ibi refert; quam doctrinā extendit ibi Suarius ad quæcumque sacramentalia, quæ exercere in mortali, non est mortale, ut confidere chrisma, benedicere oleum, consecrare ecclesiam, licet Medina Codice de penitentia tractat. 1. questione 6. circa finem, dicat hæc tria ultima, quæ numeravi, exercere in mortali, esse mortale, quia sunt sacramentalia, sed optime illum reiicit Suarius citatus.

Similiter sacerdotem culpæ mortalis reum, & matrimonio assistentem liberant à mortali Ledesma 2. part. 4. question. 5. art. 6. dubio 3. Ludovicus Lopez 2. part. instructor. de sacrament. in genere cap. 59. conclus. 4. Vega lib. 6. summe casu 117. Henr. de matrimonio lib. 11. cap. 2. in fine. Suarius tom. 3. de sacrament. disp. 16. sect. 4. §. ad fundamentum in medio, & citat pro se Paludanum in 4. dist. 5. quest. 2. num. 22. Sanch. lib. 2. de matrimon. disput. 6. numer. 5. Quod etiam affirmant de sacerdote conferente in mortali benedictiones nuptiarum, Palud. Ludovicus Lopez, Suar. & Sanches citati, ex ea ratione, quia id non est conferre sacramentum, sed sacramentale, in quo conferendo nunquam peccatur mortaliter, secluso scandalo, & contemptu.

Aliter loquitur Suarius d. tomo 3. de sacrament. disput. 72. sect. 4. §. quanto ex parte cum Doctoribus in 4. distinct. 13. Paludan q. 1. Soro articul. 3. Sylvest. verbo, Eucharistia 3. n. 4. de sacerdote cōferente Eucharistiam in mortali, sive eam conferat in casu necessitatis, sive extra illum, nam in utroque peccat gravissime, cum hoc ministrum, & dispensatio tanti sacramenti gravissima sit, & ad eam exequendam peculiarē gratiam ipse sacerdos accipiat, & peculiariter cōsecretur; Probatur tota hæc doctrina ex cap. ult. 15. quest. 8. ubi me vide. Quanquam opposita sententia suam habeat probabilitatem auctore præter alios citatos Vasquez tom. 2. in 3. part. disp. 236. cap. 3. num. 38. & deinceps. tom. 3. d. 209. n. 4. & sequentibus.

Non procedit tamen hæc doctrina Suarij in casu necessitatis extremæ, in quo laicus in mortali conferret Eucharistiam (quam conferre posse in extrema necessitate tenet Suarius hac disputat. 72. section. 1. §. ultimo dicendum) quia non est ad id peculiariter deputatus, & consecratus, tenet idem Suarius hac disp. 72. sect. 4. §. 4 ex parte, & allegat pro se Paludanum in 4. distinctione 5. questione 2. conclusione 3. sequitur Fillius tom. primo tractat. 4. cap. 9. num. 271. & num. 272.

Ex eo-

7 Ex eodem fundamento docet etiam Suarius se non audere damnare peccati mortalis sacerdotem (dum est in statu peccati mortalis) tangentem Eucharistiam, ut transferat de vase, in vas, muret ab hoc loco in alium, deferat in processionibus, eo quod res hæc non sit adeo gravis, nec requirat ministrum ad hoc pecuniarum conferatum, & deputatum, quam vis addat rem hanc esse dubiam, & valde reprehendendam in sacerdote. Ego adderem has actiones transferendi de vase, in vas, deferendi in supplicationibus, &c. Si alias debita reverentia sicut, nunquam esse peccatum mortale ex sola conscientia in mortali sacerdotis, quia hoc non est conferre sacramentum, sed sacramentale quoddam.

In textu ibi, Deinde episcopus?

Nota hic nullum posse episcopum consecrari nisi prius sit sacerdos, alioquin nullā esse consecrationem, dixi iam in cap. statuimus numer. 4. distinct. 61. & in cap. nullus, num. 3. 62. distinct. ubi Doctores retuli, nunc addo ex dispositione iuris requiri, ut ante electionem sit eligendus in episcopum constitutus in ordine sacro, ut valide eligi possit, nam cap. à multis de aetate, & qualitate, & cap. nullus distinct. 60. cavetur ut sit saltem subdiaconus, addit Tridentinum sess. 22. de reformatione cap. 2. ut in sacro ordine saltem ante sex menses constitutus sit. Azor. p. 2. lib. 3. c. 28. question. 7. García de beneficijs part. 7. cap. 4. numer. 76.

9 Quid si clericus in minoribus constitutus, & in episcopum (arque adeo nulliter) electus, cum electio presentatur superiori, ut illa confirmet, sit iam initiatus in sacris? Respondeo talem electionem adhuc esse nullam, ita Azor ubi proxime. Ratio est, quia electio semel invalida, tractu temporis non convalescit, ut est vulgare Doctorum cum Abbe in cap. cum vero, §. Inferiora num. 10. de electione.

10 At bene talis postulari poterit in episcopū, quia postulatio fit de eo, qui propter aliquod impedimentum, seu defectum v.g. natalium, etatis, &c. eligi non potest. Abb. in cap. 1 de postulat. præb. num. 34. Corras. de benefic. 4. part. cap. 2. num. 2. Cuchus in institut. maior. lib. 4. tit. 2. num. 1. cum multis Azor ubi proxime.

CAP. In singulis. II.

S V M M A R I V M .

I Explicantur termini ab infantia.

- 2 In quando finiatur infans?
 - 3 Requiritur ad primā tonsuram septennum completum,
 - 4 A quo tempore requiratur hoc septennum?
 - 5 Qui ante septennum completum recipit tonsuram, an peccet mortaliter?
 - 6 An recipere minores ordines ante septennum sit mortale?
 - 7 An episcopus conferens tonsuram non habentibus septennum peccet mortaliter?
 - 8 Suspensio ob collatam tonsuram non habenti etatem non est ipso facto.
 - 9 Eam non incurrit episcopus conferens non habenti etatem ad ordines minores.
 - 10 Explicatur textus ubi de etate ad tres minores ordines.
 - 11 Explicatur textus iuxta multos, ubi de etate duodecim annorum ad Acolyatum.
 - 12 Alia textus explicatio, ubi de etate quatuordecim annorum ad Acolyatum.
 - 13 Textus explicatio, ubi de etate ad subdiaconatum iuxta alios.
 - 14 Resellitur superior explicatio.
 - 15 Vera, & germana lexius explicatio iuxta Authorem.
 - 16 Probabilior opinio de etate minorum ordinum, post Clementinam generalem de etate, & qualitate in 6.
 - 17 Hec eadem stabilitur ex tridentino.
 - 18 Qui ante etatem minores suscipit, non est suspensus, aut suspendendus.
 - 19 Etas ad Diaconatum.
 - 20 Etas ad sacerdotium.
 - 21 Defensoris ecclesie, qui sint?
- I**N textu, ibi, Ab infantia. 1 Similis dicendi forma invenitur, in cap. de bis, distinction. 28. ibi Apudimis infantia annis ubi, numer. 3, dixi esse, post infantiam, ut hoc loco.

Et h h 3 In textu,

2 In textu ibi Infans. Finis infans
primo etatis septennio, & ab ea incipit pueri-
tia. Notant DD. ad l. si infans. C. de iure delibera-
ndi, Glossa, §. Pupillus ibi infans. Institut. de inutilibus
stipulat. Brisonius lib. 9. de verborum significacione,
verbo, infans. Praceps in suo lexicon, verbo, infans.
D. Thomas in Addit. ad 3. parta quastione 39. articul. 2.
Menoch. casu. 427. num. 8.

**3 Requiritur autem ad primam tonsuram se-
ptenium completum, ut probat Reb. in praxi
in libro Requisita ad collationem benefic. num. 36. Man-
dosate etate minoris cap. 4. num. 12. Salzedo in pract.
crimin. canonic. cap. 26. addit. 2. Sylvest. verbo.
alasium. 2. Angel. ibi. nu. 4. Guijerr. Canonic. quast.
lib. 1. cap. 26. num. 2. Vaglin. de irregularitat. cap. 45.
num. 1. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 12 numer. 2. Garcia
de benefic. part. 7. cap. 4. numer. 6. Henr. lib. 10. de
ordine cap. 19. num. 1. ubi littera B. plures refert.
Toletus in summa lib. 1. cap. 1. num. 1. edic. Duac. pro-
bationes ex hoclo textu, & ex Glossa ult. in
Clement. fin. de etate, & qualitate. & ex cap. de his
distinction. 28. ubi Glossa verbo, lectorum Archidiac.
num. 61. & Turrecrem. num. 1. Item ex cap. nullus
episcopus Glossa, ibi verbo, infanti de temporibus or-
din. in 6. late Gutierr. lib. 1. Canonic. cap. 26. à prin-
cipio, simul, & Menoch. de arbitrar. casu. 427. num.
9. & Flamin. de resignat. lib. 4. quastione 9. numer. 9.
Carol. de Grassis de effectibus clericalibus in prelud.
num. 284. Tandem Campanil. in diversor. iuris Ca-
nonic. Rubric. 7. cap. 1.**

**4 Quod quidem septenium completum vi-
decitur requiri post ianitionem, cap. nullus epis-
copus, de temporibus ordin. in 6. Nam ex doctrina,
S. Thomae, in addit. ad 3. part. quastione 39. arti-
cul. 2. tonsurari poterat ante usum rationis
infans, si necessitas urgeret, & spes profec-
tus, ex quo colligitur iam non esse in usu cap.
de his distinc. 28. & cap. in singulis hac distinctione.
Tempore sancti Thomae, non tam colligitur
quod generaliter ait Henr. lib. 10. de ordine,
cap. 19. numer. 1. tempore sancti Doctoris ante
usum rationis dari pueris primam tonsuram,
allegans littera A. eundem Doctorem loco à
me allegato; nam aliud est posse tonsurari ex
necessitate, & spe profectus, ex opinione
sancti Thomae, aliud de facto eius etate ita
fieri solutum; nam de praxi nihil agit sanctus
Doctor, solum sententiam suam proponit. Vi-
de Sylvest. verbo. ordo 4. numer. primo vers. Sed
sanctus Thomas.**

**5 Quæres 1. Vtrum si quis ordinaretur pri-
ma tonsura ante septenium completum pec-
caret mortaliter? Respondet Sayr. de censur. lib.
6. cap. 12. numer. 10. negative, quia ante sep-
tenium non datur perfectus usus rationis**

sufficiens ad peccandum mortaliter, & licet
daretur (quod non repugnat) adhuc puto non
peccari mortaliter in receptione talis tonsu-
rae, quia nullibi praceptum hœc graviter pro-
hibens invenio, & aliud eum prima tonsu-
ra non sit sacramentum, non sit iniuria sacra-
mento. sed haec ministratio in tempore conser-
vatur. Addit. Henr. lib. & cap. citato in commenti-
littera B. contra Sorum in 4. distinc. 25. quastione
articul. 2. §. Ex quo fit, non solum primam tonsu-
ram, sed etiam minores ordines ante sep-
tenium completum suscipere, non esse mor-
tale, quamvis iam tunc suscipiens polleat ra-
tionis usu seu possit mortaliter peccare, & ali-
legat pro se Paladatum in 4. distinctione 25. quo
stione 2. articul. 2. quam doctrinam modo pro-
bare, aut refellere, non est animus; certum est
illam displicere Sayro citatos nam numero 6.
ad medium ait talem peccare mortaliter, si
minores ordines suscipiat ante debitam sta-
tem ad illos.

**Quæres 2. An sicut non peccatur mortaliter
à recipiente tonsuram ante septenium,
quamvis habeat usum rationis, ita etiam non
peccetur ab episcopo conferente talē tonsurā
non habentibus etatem assignatam?** Respon-
deo cū Sayro ubi proximè negative, quia episcopo
id graviter prohibetur d. cap. nullus episco-
pus, ut colligitur ex poena ibi apposita, que est
suspensio à conferenda ipsa prima tonsura, ut
pater ex citato cap. nullus, & ex cap. Vel non est
compos de tempor. ordin. & in cap. ultimo eod. iii. m. 6.
ubi Bonifacius. VIII. statuit episcopum qui
tonsuram infanti daret, suspensum esse ab ea-
dem tonsura alteri conferenda. Henr. lib. 13.
cap. 38. §. 2. lit. O. Reginal. in praxi lib. 32. tradit. 2.
num. 61. Bonacina de censur. disput. 3. quast. 6. pun. 5.
numer. 25. Mar. Alter. de censur. tam. 2. disp. 16. de
suspensione. Si vero aliquis episcopus ordinem
diaconatus conferat infanti, à collatione ex-
teriorum ordinum suspendendus erit, non tan-
tem ipso iure incurrit suspensionem. Henr. lib.
in summa lib. 13. cap. 38. §. 2. in principio. Tabiana,
verbo, Ordo. 3. M. uol. de irregul. lib. 1. cap. 30. num.
9. Rebuff. in praxi benef. titul. de clericis male promos.
Glossa 2. num. 7. Quaranta, verbo, ordo, in principio.
Quæstio tamen hoc loco suboritur. Quare con-
ferens infanti ordinem diaconatus, non tan-
tem à collatione illius, sed etiam cæterorum
ordinum suspendatur; qui vero infanti con-
fert primam tonsuram, à sola illius collatione
suspendatur? Cuius questionis responsum fa-
tis ingeniosum habes apud Campanil. in diversor.
iuris Rubr. 7. cap. 4. num. 2. Sed fortassis nostra
de hac re non displicebit resolutio quā habes
in cap. 2. num. 3. supra dist. 36.

Notabis ipsam suspensionem incurri ipso
facto, ut est communis sententia scribentium
ad dist.

- ad dict. cap. Nullus episcopus. Angelus, verbo, etas, num. 4. & ibi Sylvest. num. 1. Sotus in 4. dist. 25. q. 1. art. 2. §. Ex quo. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 12. num. 1. Henrig. lib. 10. de Ordine, cap. 19. num. 1. Tolet. lib. 1. summa, cap. 61. edit. Duacan. & alij multi apud eosdem.
9. Cave tamen ne extendas prædictam suspensionem ad episcopum conferentem ordines minores non habentibus ætatem, quod fecit Sotus citatus ubi proxime sine illo textu, ut bene illum arguit Henrig. citat. lib. 10. cap. 19. in Coment. littera A.
10. In textu, ibi, Quinquennio teatatur. Sensus omnium quos legemini, est ut tempus trium minorum ordinum sit quinquennium ab incepta pueritia, ita quod tales ordines suscipi possint ab incepto anno ætatis octavo, usque ad duodecimum, Glossa h̄it, verbo, quinquennio, Sylvest. verbo, etas, nn. 1. & ibi Angel. num. 4. Sotus. in 4. dist. 25. q. 1. art. 2. §. Quo autem. Graff. 2. p. decisionum aurear. lib. 1. cap. 11. num. 17. Vega de Sacramento Ordinis, num. 39. Candelabri. Autrum de Sacrament. Ordinis, tit. de etate, num. 27. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 12. nn. 2. Henrig. lib. 11. de Ordine, cap. 19. num. 1. Tolet. lib. 1. summa, cap. 61. num. 1. edit. Duac. s̄a, verbo. Ordo. Armilla, verbo, Ordines. Moneta de distrib. p. 2. q. 19. num. 11.
11. In textu, ibi, Exinde Acolytus: Sensum esse existimant Doctores citati. Exinde à completo quinquennio post infantiam, idest à completo anno ætatis duodecimo Acolytus fiat; ita quod Acolytus nemo fieri possit, nisi incepto iam tertio decimo ætatis anno, ita sentiunt omnes Doctores citati num. superiori, præter Sotum, & Sayr. de quibus statim, ubi aiunt ad Acolytatum requiri duodecimum annum completum; quod probant ex nostro textu; quanvis Henrig. d. cap. 19. addat non colligi ex eo necessariam esse ætatem duodenam ad Acolytatum.
12. Sotus dict. dist. 25. q. 1. art. 2. Sayr. d. cap. 12. num. 2. sic explicant verba. Exinde Acolytus, vel subdiaconus quatuordecim annis fiat; idest exinde Acolytus fiat à quartodecimo ætatis anno completo incipiente iam decimoquinto, & non antea; sed non video hanc opinionem, & explicationem à reliquis Doctoribus probari, quantum ad Acolytatum, eam tamen suspicor veram, si recte grammatica inspiciatur, & vis huius Decreti,
13. In textu, ibi, Vel subdiaconus quatuordecim annis fiat. Sensus Glossæ est, ut qui vult subdiaconus ordinari, id in ea etate faciat, quæ post comple-

tam insaniam enumeret annos quatuordecim, non quidem perfectos, sed incepitos, id est à vigesimo anno ætatis completo; ita post Sotum in lib. 6. cap. 12. nn. 2. citant pro se Paludan. in 4. dist. 25. q. 2. art. 2. conclus. 6. Astens. summ. part. 2. lib. 6. nn. 25. Tq. 1. Tq. 1. At puto hac explicatione vim inferri verbis, & grammaticæ, cum in duplice significacione accipiunt, Glossa, & Sayr. cum Doctoribus ab eo citatis, verbunt, Quatuordecim annorum. Nam aiunt à quatuordecim ætatis annis, aliquæ fieri posse acolytem ex hoc texto, ac proinde verbum, quatuordecim; significare annum quartum decimum à vita inceppta, deinde significare annum quartum decimum à finita infantia, id est à completo septennio, ita ut annus vita sit vigesimus primus inchoatus, quoad suscipendum subdiaconatum; quoad suscipiendum Acolytatum sit annus vita quatuordecimus, quæ quam libere dicantur, nemo non videt. Facilius esset explicatio, & contextui magis accommodata; si diceremus à finito decimo quarto ætatis anno, & incepto decimo quinto esse ætatem diffinitam ad ordinem Acolytatus, & subdiaconatus, quantum ex dispositione, & Decreto Zozimi, ita ut eadem p. hunc textum postuletur etas ad Acolytatum, atq; ad subdiaconatum, atq; ita quoad subdiaconatum textum videtur explicare Glossa in Clement. generali, verbo, observantiam, de etate, & qualitat. ubi dicit olim dari subdiaconatum in decimo quinto anno. Item Henrig. dict. cap. 19. num. 1. ubi ait olim ad subdiaconatum satis fuisse decimum quartum annum, quod ex nullo textu colligi posse credo, nisi ex hoc, & hac eius explicatione; allegat Henrig. in Commen. littera F. Sylvest. & alios, verbo, Ordo, sed ibi Sylvest. nihil de hac re, solum verbo, Ordo, 3. num. 8. refert ad verbum, etas, & ibi tantum dicit ad subdiaconatum olim requiri decimum octavum annum inceptum, ex Clement. generali, de etate, & qualitate, hanc explicationem sequitur etiam Majol. lib. 1. cap. 30. nn. 8. de irregularitate, quem vide.

Ceterum quidquid sit de hac explicatione, & de etate per hunc textum requisita ad Acolytatum, & subdiaconatum; certum est probabilem valde opinionem esse, in terris, ubi adhuc non practicatur Tridentin. maximè post Clementinam generali, de etate, & qualitate, legitimam ætatem esse ad quatuor ordines minores quamcumque ætatem, quæ septennium excedit, dummodo in ea detur usus rationis, ita docet Glossa cap. De his, verbo, lectorum, distict. 28. Clement. generali, verbo, promoveri, de etate, & qualitate. Sot. in 4. dist. 25. q. 2. art. 2. §. Quanvis iure, vers. Et omes minores ordines à septennio. Guiterr. Canonic. quæst. lib. 1. cap. 26. num. 2. Vgolinius de irregularitate, cap. 45. nnm. 2. Azor. 2. part. lib. 6.

cap. 5. quest. 3. & 9. Suar. de censur. disp. 31. sect. I. num. 22. ubicuit solum eam regum etatem ad ordines minores, que septennium excedat; nec iam tempora. & intersticia. cap. In singulis dist. 77. esse in usu.

17 In terris vero ubi viget Tridentinum, cum nihil de etate ad minores requisita disposuerit, eandem opinionem practicari nihil vetat, maxime cum Tridentin. aperte supponat sect. 3. de reformat. cap. 6. quare 14. annum posse aliquem suscipere minores ordines, & cap. 11. de intersticijs. horum ordinum, episcopo committatur, & de etate insinuat, cap. 12. quatenus de illa taceatur; nec obstat quod cap. 5. iusterit inquiri de etate promovendorum ad minores, nam id sit ut de ea episcopi arbitrentur, ut optimè notat Surius, proximè citatus. sequitur Sayr. de censur. lib. 6. cap. 12. nū. 4.

18 Quares utrum dato, quodd minores ordines habeant certum, & determinatum tempus, ut de Acolytatu dixerunt aliqui, esse daodecimum annum completum, alij esse decimum quartum completum, ut retuli, qui ante hoc tempus ordines suscepit, sit suspensus, vel suspendendus? Clarius queri poterat. Vtrum si quis ante septennium cum perfecto usu rationis suscipiat primam tonsuram, & minores, sit suspensus, vel suspendendus? Respondeo negativè; quia iura imponentia suspensionem, nullam mentionem faciunt ordinum minorum, ut cap. Non est compos. de temporib. ordin. Item Bulla Pij II. de qua inferius, ita Navarr. in Manual. cap. 25. num. 70. & tom. I. conf. 19. num. 5. & conf. 25. nū. 4. & conf. 48. num. 1. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 12. num. 6. Suar. de censur. disput. 31. sect. I. num. 22. De suscipientibus ordinem sacram dicam, cap. Subdiaconus, à num. 2.

19 In textu, ibi, Ad benedictionem subdiaconatus. qua etate dicam cap. sequenti, & vide Menoch. de arbitrat. casu 57. nū. 9.

20 In textu, ibi, Sacerdotium. De etate ad sacerdotium requisita, vide cap. Episcopus, infra eadem.

21 In textu, ibi, Defensores autem. Optimè de defensoribus Glossa, verbo, defensores, & marginalis, ibidem.

CAP. Quicumq; III.

S U M M A R I V M.

I Observatio temporis huius, & superioris Canonis.

2. Particula, ante, excludit omnia, que post se inveniuntur.
3. Pubertas quando incipiat?
4. Cur foeminae citius pubescant, quam males res?

5. Vtrum licet adultis instructis in fide simbolo differre baptismum? & nū. 6. quando Verum ecclesia determinaverit aliquod tempus adultis ad suscipiendum baptismum?

8. Vtrum hoc tempus potuerit determinari ab ecclesia?

9. Ecclesia potest determinare tempus pro adultis, & infantibus christiano-rum.

10. Vera textus explicatio.

11. Vis, & efficacia particule, statim, illato, mox, &c. & nū. 12.

Observabis ad dispositiones, & decreta huius textus, illa antiquiora esse, quam contenta in cap. In singulis, superiore, nam cap. hoc condidit Syricus, qui Pontificatum tenuit ex Bellarmin. in Chronologia, ab anno 385. usq; ad 398. cap. vero, In singulis, condidit Zozimus, qui sedet ab anno 417. usq; ad 418. viginti annis post Syricum, Honorij, & Arcadij temporibus.

In textu, ibi, Ante pubertatis. Idest ante finitum decimum quartum annum. Nam propositio, ante, solet excludi illud, cui proponitur, ut docent Agellius noctium Atticarum, lib. 12. cap. 13. Alciatus l. Anniculus, l. 34. num. 3. ff. de verbis significat. Bart. l. 2. §. Creditorum, num. 7. ff. si certum petatur. Prateus in suo lexicon iuris, verbo, ante. Dixi multa cap. Ante triennium, l. 2. nū. 4. dist. 31.

Ceterum pubertas incipit à decimo quinto anno inchoato in masculis, à decimo tertio inchoato in foeminae, & finitur finito vigesimo quinto anno, ita notant Doctores ad cap. Continebatur, de desponsat. impuberum, cap. Attestationes, cap. Ex litteris, & cap. Pubetes, eodem tit. A tempore incepta pubertatis, usq; ad annum 25. completum, tam masculus, quam foemina dicuntur minores, l. 1. C. si minor se maiorem dixerit; ut etiam dicuntur infra pubertatem, masculus, & foemina, pupillus, & pupilla, l. final. C. quando tutor. cap. Puella, 20. q. 2. & vide Menoch. casu 427. à num. 28. de quo Sanch. lib. 6. de matrimon. disp. 38. num. 2.

Cur autem foeminae pubescant citius, quam mares disputant optimè Tiraquel: de legibus conubialib. lib. 6. nū. 38. Guierr. August. Sacra menta pubertatis,

puberum, num. 1. & 2. Cod. si adversus venditionem
Sfortia Oddus tract. de restitut. in integrum, part. 1.
q. 2. toto art. 4.

Quæres primò. Vtrum licuerit adultis instruētis infide, baptismum differre per tantum temporis spatiū, quantum intercedit à finita infantia, usq; ad incæptam pubertatem, infra quam textus disponit, ut qui velint ordinari, baptizentur? Respondeo 1. Syricij sæculo, id est ab anno 300. usq; ad 400. id consueuisse magnos viros post Constantiū Magnum, quem longo tempore post conversionem baptizatū esse, testatur Ambros. oratione de obitu Theodosij, refert Sotus in 4. dist. 5. quest. unica, art. 3. §. de adultis. Ledesma 1. 4. q. 9. art. 3. dub. 1. de quo vide Baron. tom. 3. anno Christi 324. à pag. 208. usq; ad 211. & posita ad cap. Constantinus, 14. infra dist. 96. Ex his fuit S. Martinus episcopus Turonensis, qui octo annis postquam incæpit esse cathecumenus (incæpit autem ex sententia Baron. in annotationibus Martyrolog. Romani 11. Novevib. item tom. 3. Annalium, pag. 577. & tom. 4. pagin. 367. & tom. 5. pag. 161. anno ætatis suæ 26. nam baptizatus est anno 33.) baptismum suscepit, ut tenet idem Sotus, & Ledesma. citat. item Suar. tom. 3. de Sacrament. disput. 31. sect. 2. §. Circa priorem. Fuit etiam Sanctus Ambrosius, qui cùm creatus episcopus baptizatus est; item S. Augustinus, ut videre est apud eosdem Doctores, quibus addi potest D. Gregor. Nazianzen. cognomento Theologus, quem constat per multos annos distulisse baptismum. Ribadanera in eius vita, imò Tertullian. lib. de baptism. cap. 18. docet consilium optimum esse baptismum differre.

Respondeo secundò. Quidquid sit de facto horum sanctorum, quos ex humilitate, & reverentia in hoc Sacramentum, illud distulisse tenent Sotus, Ledesma, & Suarius, ubi proximè, certum est præceptū divinum recipiendi baptismum obligare adultos, ut baptismum suscipiant, quam primum id dignè, & commodè possint, vel saltem, ut id non multum differat, ita ex PP. probant Sotus, & Ledesma, & omnium elegantius Suar. locis proximè citatis.

Quæres secundò. An præcepto aliquo Ecclesia determinaverit aliqua tēpora, ultra quæ cathecumenis baptismum differre sit mortale? Respondeo 1. pro cathecumenis adultis, qui non sunt fidelium filii non inveniri de facto in Ecclesia tale præceptum determinans illis tempus ad baptismum, ut cum Caetan. 3. part. quest. 68. art. 3. tenet Suar. tom. 3. de Sacrament. disput. 31. sect. 2. §. Secundo ex hoc principio, contra Sotum in 4. dist. 5. quest. unio. art. 3. ubi acutè explicat S. Thomam, qui ad speciem contrarium videtur sumere 3. p. q. 68. art. 3.

Addit deinde Suar. §. Ni filios, non esse in Ecclesia potestatem ad præcipiendum adultis

tion baptizatis, nec baptizatorum filijs, ut intra tale tempus baptizentur. Probat ex illo Paul. 1. ad Corinth. 5. num. 12. De his, qui foris sunt nibil ad nos; ex quo colligant Doctores potestatem Ecclesiæ esse tantum supra eos, qui intra ipsam sunt per baptismum, item ex Tridentin. ses. 14. cap. 2. ibi. Ecclesia in neminem iudicium exercet, qui non prius in ipsam per baptismum ianuam fuerit ingressus. Deinde addit optimas rationes, quas apud eundem vide.

Secus est pro adultis baptizatorum filijs; nam cum in hos ratione parentum potestatem nacta sit Ecclesia, poterit optimè præcepto eos obligare, ut intra certum tempus baptismum recipiant, ut optimè addit Suar. citat. §. Tertio addendum; sed nusquam tale præceptum scripto imposuit, ut nec etiam scriptum præceptum invenitur, obligans parentes Christianos, ut ante usum rationis filios baptizent, licet Ecclesia recepta consuetudo ad hoc præceptum introducendum satis videatur, & signum est posse Ecclesiam punire parentes, qui securus faciant, & ipsis invitis, eorum filios ante usum rationis baptizare, lege Suar. d. tom. de sacram. disput. 25. sect. 2. §. Ultimo ergo.

In textu, ibi, Baptizari, &c. 10 Non quod hoc præceptum sit ecclesiasticum determinativum temporis, in quo obliget divinum de recipiendo baptismō, sed quia noluit Ecclesia eos ad ordines admittere, qui intra tale tempus baptismum non susciperent, non quidem per modum pœnae, sed per modum convenientis cuiusdam dispositionis suorum beneficiorum, & ministeriorum, ut convenienti modo eos induceret ad præceptum divinum exequendum, ita in simili explicat Suar. de sacrament. disput. 31. sect. 2. §. Secundo ex hoc, ad medium.

In textu, ibi, Statim lector, &c. 11 Non intelligas grandevum post baptismum statim debere ordinari, id est illuc, in continentia, intra triduum, quæ est vis in iure, & significatio verbi, statim, l. fin. C. de errore advocatorum, l. fin. C. de iudicijs, & vide ibi Bald & Felic. in cap. Veniens, in 1. de testibus, nu. 15. in fin. Rippa l. 4. §. Condemnatum, ad finem, ff de re iudicata. Mandos. de monitorijs, quest. 31. num. 8. de qua eius dictione, & eius vi videndus tibi erit Romanus in l. 1. ff de verbis significat.

Sed explica cum Glossa hic, non multum debere ordinationem prolatari, nam particula, statim, illuc, mōx, in continentia, absq; moræ dispensio, semper interpretandæ sunt pro ut subjectæ materiæ, arbitrio boni viri, casus postulaverit, l. statim, l. Quod dicimus, ff de solutionibus. Abb. in cap. Potuit de locato. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 9. nn. 5. & deinceps Puteus de ej. 266. nn. 4. lib. I.

lib. I. Thesaur. deois. Pedemontana 77. num. 3. Gon-
tiales de mensibus, & alternat. Glossa 9. in annotatio-
nibus, num. 217. ubi ad affirmad ex l. final. Cod. de
in iusta, & cap. Præterea, §. presentii, ubi Glossa, ver-
bo, continuo, de hereticis, cap. Præterea, de testibus co-
gendis, Glossa in cap. Quia propter, verbo, mox, de ele-
ctione. Avendañ. in cap. Prætorum, part. I. cap. 16.
num. 2. Tiraquel l. Si unquam, verbo, revertatur, à
nu. 109. usq; ad 129. C. de revocandis donation. Di-
ximus ad cap. Si quis. 27. dist. 50. & ad cap. Cat-
nensis, 17. dist. 61.

C A P. Subdiaconus. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 *Ætas ad sacros ordines prescripta.*
- 2 *Vtrum attingens unam horam vigesi-
mi quinti anni queat ordinari?*
- 3 *Qui ante etatem legitimam ordinatur
in sacris, est suspendendus.*
- 4 *Ante Bullam Pij II. idest ante annum
1461. non erat talis ipso iure sus-
pensus. & num. 5.*
- 5 *Post Bullam Pij II. suspensus est sic or-
dinatus ipso iure.*
- 6 *Ad incurriendam hanc suspensionem
opus est dolo.*
- 7 *Qui sic suspensus ministrat cum dolo in
ordine male suscepto fit irregularis.*
- 8 *Non tollitur ista suspensio, adveniente
legitima etate.*
- 9 *Episcopus in ea potest dispensare.*
- 10 *Ad munera civilia, & reipublicæ of-
ficia satis est attigisse annum vige-
simum quintum.*
- 11 *Secus in Lusitania, ubi ordinatio re-
quirit annum 25. completum.*
- 12 *Non verificatur hec etas in impetranti-
bus veniam etatis.*
- 13 *Modificatur primò Ordinatio, ubi de-
fuerint maiores viginti quinq; an-
nis.*
- 14 *Nunquam admittendi sunt pupilli ad
munera reipublicæ.*
- 15 *Limitatur 2. in eis, qui non sunt pro-
prietarj, sed suffecti.*
- 16 *Non placet ea limitatio.*
- 17 *Modificatur 3. in muneribus, ubi non
requiritur tanta prudentia.*

IN textu, ibi, Non minor vi-
ginti annorum. Immutatum est
hoc Decretū. Pri-
mò per Clementinam generalem, de aitate, & qualit,
ubi sufficit ad subdiaconatum etas decimi octa-
vi anni inchoati, ut ibi docet Glossa, verbo, in
decimo octavo, ad diaconatum vigesimi, ad pres-
byteratum vigesimi quinti similiter inchoati.
Secundò, à Trident. seß. 23. de reformat. cap. 12.
ubi ad subdiaconatum requiritur annus 22. ad
diaconatum 23. ad presbyteratum 25. omnes
inchoati, ut declaravit sancta Congregatio, & tra-
dit Navarr. in Manual. cap. 25. num. 116. Gutier.
Canonic. lib. I. cap. 26. à num. 8. Emmanuel. Rodrig.
regular. tom. 3. quest. 23. art. 6. Petrus Ledesm. in
summ. p. 1. tract. de Sacramento Ordinis, cap. 7. Ga-
cia de benefic. p. 7. cap. 4. num. 21. Sayr. de censur.
lib. 6. cap. 12. num. 4. Mayol. lib. I. de irregularitat.
cap. 30. num. 8. Henr. lib. 10. de Ordin. cap. 19.
num. 2. Aegydi. de Sacrament. tom. 2. disp. 20. num.
102. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. nro.
166. Avila de censur. p. 3. disp. 5. dubio 7. §. Notan-
dum undecimo. Franciscus Leo in thesauro fori ecclen-
siast. p. 1. cap. 4. num. 31. Praxis nova episcop. cap. I.
num. 23. pag. 34. Bonacina de Sacrament. disput. 8.
quest. unica, punct. 5. num. 12. Miranda in Manual.
prælatorum, tom. I. quest. 39. art. 2. Campanil. in di-
versorio iur. Canon. rubr. 7. cap. 3. infra citandi.

Sed quæres quænam inchoatio annorum
sit necessaria, an satis sit incepisse per diem,
vel per horam? Primam partem sequuntur Au-
thores citati, num. precedenti, & alij, infra cap. I.
num. 5. dist. 78. Attamen sufficere ingressum
unius horæ vigesimi quinti anni, ut rite quis
ordinetur, videtur deduci ex Trident. seß. 23. cap.
12. de reformat. ubi disponit neminem ante vi-
gesimum quintum annum promovendum ad
presbyterium, & communis Theologorum, &
Canonistarum tenet sufficere complementum
vigesimi quarti anni, ergo qualiscunq; tempo-
ris attingentia 25. sufficiet. Verum est enim
dicere in illa hora sumus in 25. anno, quod an-
te illam physice dici non poterat. Confirma-
tur quia computatio 24. anni debet fieri de mo-
mento ad momentum, ut vere compleatur,
at quâ subsequent tempus horæ iam est intra
terminos viginti quinq; annorum, ergo satis
erit Concilij decreto per egressum 24. anno-
rum; & probatur ex l. 3. §. Minorum, ff. de mino-
ribus, quatenus deciditur viginti quinque an-
nos, ne aliquis minor dicatur, complendos
esse de momento ad momentum, ubi Glossa,
verbo, momentum, & ita intelligendi sunt DD.
dum assignant pro ingressu unum diem scil
non integrum, sed incæptum inter quos est.
Aegydius Conink tom. 2. disp. 20. dab. 10. num. 102.
concludens decretum Trident. intelligendum
de annis

de annis inchoatis ad singulos ordines, vel per unum medium diem, sed inchoatio vere fit pro unam horam igitur ea erit satis.

3 In textu, ibi, Disponatur.

Sensus verus est ex mente Suar. disp. 31. sect. I. nu. 24. ut qui ante legitimam etatem a Canonicibus constitutam sacris ordinibus initietur, ob tale crimen suspendatur, vide eundem Suar. loco citato.

Quæstio est non vulgaris. Vtrum præter hanc suspensionem inferendam, de qua noster textus, incurritur aliqua de facto, vel (quod idem est) ipso iure suspensio ab ordinato in sacris ante legitimam etatem? Respondeo I. quæstionem hanc agitari posse, vel ante, vel post Bullam Pij II. Si ante Bullam Pij II. longe probabilior est sententia aientium nullibi in iure positam esse talem suspensionem ipso facto incurrendam, nam cap. Vel non est compos. de temporib. ordinat. solum dicit Pontifex de quodam ordinato in diaconum etate tredecim annorum. Ipsum ab executione officij diaconi, usq; ad etatem legitimam suspendimus. Quæ verba solum factum Pontificis continent, non quidem ut legislatoris, sed ut iudicis in illa causa, ac proinde solum ex eo colligitur, quid in talibus facere iudices debeant, nimirum tales suspendere, ut ipse fecit, non quod ipso sint iure suspensi, sed quod suspendendi sint propter talem excessum, ut optime notat Suarius, statim citandus, hanc sequuntur Glossam in d. cap. Vel non est compos. verbo, suspendimus. Archidiac. Cardinal. a Turcet. in cap. Placuit, hac dist. 77. Henr. in cap. Consultation, de temporib. ordinat. column. 4. Antonius de Butrio in d. cap. Vel non est compos. S. Antonius. 3. p. tit. 14. cap. 16. §. 13. ubi citat Zabarellam, Maior in 4. dist. 24. q. 1. in fine, multi, quos refert, & sequitur Covar. in Clement. Si furiosus, p. 1. §. 1. nu. 4. Tabien. verbo, etas, nu. 1. & verbo, Ordo, 3. nu. 3. §. 2. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 12. nu. 5. Bernard. Diaz. in practic. criminal. cap. 16. mulci apud Henr. lib. 13. de excommunicat. & suspens. cap. 38. in Comment. littera A. Suar. de censur. disp. 31. sect. I. nu. 23. & sequenti. Avila de censur. p. 3. disput. 5. dubio 7. §. de Secunde.

5 Contrarium minus probabiliter tenet Glossa in Clementina generalem, verbo, anno, de etate, & qualitate, & ibi Cardinal. q. 5. & 6. Villadiego de irregularit. cap. de suspension. col. 2. Tolet. in summ. lib. I. cap. 61. nu. 5. edition. Duaciana. Sanch. lib. 7. de matrimon. disp. 30. nu. 14. videntur tenere Angel. verbo, etas, nu. 4. & ibi Sylvest. nu. 20. Dubitat Henr. lib. 13. de excommunicat. & suspens. cap. 38. num. 1.

6 Respondeo 2. Si quæstio agitetur post Bullam Pij II. (de cuius tenore videndum erit Rebus. in praxi benef. p. 2. tit. de clericis ad sacros ordines male Promotis, Glossa 4. Sayr. de censur. lib. 4. cap. 14. n. 13.)

quæ incipit. Cum ex sacrorum, expedita pro fuit Romæ 27. Novembris, anno 1461. Pontificatus vero ipsius Pij II. anno 4. non esse dubitandum ordinatos ante legitimam etatem esse ipso iure suspensos, ibi. A suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint, & si butusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus ministrare presumperint, eo ipso irregularitatem insurrant. Ita tenent Navarr. in Man. cap. 25. nu. 70. & cap. 27. nu. 155. & in repetitione, cap. Accepta, de restitut. spoliator. oppositione 8. nu. 14. & tom. I. cons. 6. nu. 1. & cons. 19. nu. 5. & cons. 25. nu. 4. & cons. 30. nu. 3. & cons. 35. num. I. & cons. 4. nu. 1. & 4. & cons. 48. nu. 1. de tempor. ordinat. Covar. in Clement. Si furiosus, p. 1. §. 1. nu. 4. Mayol. de irregularit. lib. 1. cap. 30. nu. 19. Graff. p. 1. decision. aurear. lib. 4. cap. 27. num. 23. Sayr. cum multis, de censur. lib. 4. cap. 14. num. 11. ubi latè refert, qui huins Bullæ Pij II. meminere, & Pontifices, qui eam suis diplomatibus confirmarunt, item lib. 6. cap. 12. nu. 5. Henr. lib. 13. de excommunicat. & suspens. cap. 38. nu. 1. ubi in Comment. littera D. refert etiam Summos Pontifices confirmantes Bullam Pij II. & Authores, qui illius fecerunt mentionem. Tolet. lib. 1. summa, cap. 61. nu. 5. & 6. edit. Duaciana. Suar. de censur. disp. 31. sect. I. & nu. 25. Avila de censur. p. 3. disp. 5. 1010 dub. 7. Reginald. in praxi, lib. 32. tract. 2. sect. 3. nu. 70. §. Quod autem aliqui.

Cœterum scias ad incurrandam hanc suspensionem opus esse dolo, nam Pius II. utitur verbo, presumperint, quod & ad irregularitatem, & suspensionem ordinis sacri, referunt Navarr. in cap. 27. nu. 154. in Manual. & cons. 3. de etate, & qualit. & cons. 2. de filijs presbyteror. & 2. p. cons. in addit. lib. 1. tit. de temporib. ordinat. cons. 50. Bernard. in pract. cap. 26. littera C. vert. Primo quod eius. Henr. lib. 13. de excommunicat. cap. 38. nu. 1. in fine, & in Comment. littera E. Avil. eleganter, de censur. p. 3. disp. 5. dub. 7. §. Pro intelligentia, ad med. probabile iudicat Suar. d. disp. 31. sect. I. num. 26. in fine, ac proinde sola ea ignorantia non excusabit ab hac suspensione, quæ à dolo non excusat, siye ea sit iuris, sive facti.

Præter suspensionem, incurritur irregularitas ab eo, qui in suscepis ante etatem ordinibus, non habita absolutione à suspensione ministraverit, sed dolus pariter in ipsa ministratione ordinis male suscepti, requiritur propter verbum, presumperint, quo utitur Pontifex, ita tenent omnes Doctores, proximo numero citati, & præter illos Covar. in Clement. Si furiosus, p. 1. §. 1. nu. 4. Sayr. de censur. lib. 4. cap. 14. nu. 15. & cum multis lib. 6. cap. 12. nu. 5. ad med. Suar. ubi proximè, nu. 27. ad med.

Neque ista suspensio imposta à Pio II. tollitur, adveniente etate legitima, & requisita ad ordinem rite suscipiendum (ut tollitur quæ inferenda est à judice ob decretum, cap. Vel non est compos, ubi primum legitima etas succedit)

sed indiget omnino absolutione, cum indifferente lata sit, ita notant Rebus. in praxi de benef. p. 2. t. i. de clericis ad sacros ordines male promotis, Glossa 4: Covar. in Clement. Si furiosus, p. 1. §. 1. nu. 4. Henr. d. lib. 13. cap. 38. nu. 1. Tolet. lib. 1. summ. cap. 61. nu. 6. edit. Dnati. sayr. de censur. lib. 4. cap. 14. & 15. & alijs multi, unde consequenter addant, qui post etatem, sed cum suspensione ministraret in ordine sic suscepit, cum eo doceo, quem requirit Pontifex, fieri irregularē.

Si roges, quis possit absolvere à tali suspensione? Respondeo posse episcopum, nam ea nullibi reservata invenitur, ita Sylvest. verbo, suspensio, nu. 8. Avila de censur. p. 3. disp. 5. dubio 7. §. Septimo notandum. Nec refert, quod hanc suspensionem sibi reservavit Sixtus V. Bulla, quae incipit. Sanctum, & salutare, nam, ut saepe iama diximus, ea à Clemente VIII. ad terminos iuris communis redacta est. An ordinati in minoribus ante legitimam etatem, sint etiam ipso iure suspensi, dixi in cap. In singulis, num. 18. haec distinxit.

In Glossa, verbo, Subdiaconus, ibi, Licet sensus sit, &c. Ait in honoribus civilibus satis esse attigisse vigesimum quintum annum; & allegat l. Ad Rempublicam, ff. de minoribus, & honoribus, idem tenet ibi Alberic. nam. 2. Glossa 1. in l. 1. C. qui etate, lib. 10.

Secus est in Lusitania ubi ex Ordinat. lib. 1. tit. 93. cavetur, ut nullus ante completum vigesimum quintum annum Republicæ munerebus præficiatur, de qua videbis ex nostris Lusitanis Caldas Pereira in l. Si curatorem, verbo, hunc contractum, nu. 41. & 44. Mendezium à Castro in praxi Lusitana, lib. 1. cap. 2. nu. 26. videbis præterea Gregor. Lopez l. 8. verbo, entendidos, tit. 9. p. 3. & l. 2. tit. 9. lib. 3. recopil. fratrem Ludovicum Mirandam de ordine iudicario, q. 4. art. 2. conclus. I. Curiam Philippicam p. 1. §. 2.

An vero hæc verificetur etas in eo, qui veniam etatis à Rege nactus es, dubitant nonnulli? Placeat negare cum Glossa 1. in l. 2. C. qua etate, lib. 10. quam sequitur Platea nu. 1. Nam impetratio venia, & etatis prodest solum ad administrationem patrimonij proprij; & ut quis ad iudicia admittatur, ut maior l. 2. Cod. de his, qui veniam etatis impet. non vero ad munera, & officia Republicæ, sequitur præterea Roderic. Snar. allegat. 12. nu. 7. Padilla l. Si quis maior. nu. 7. C. de transal. Caldas Pereira in l. Si curat. Verbo, hunc contractum, C. de restitut. in integrum.

Modificabis tamen 1. Ordinationem nostram Lusitanam, ut ea non valeat, ubi defecerint incolæ maiores viginti quinq; annis, nam tunc ratione penitiae assumi poterunt minores, ex l. Non tantum, §. Minores, ubi Glossa, verbo,

ex causa, ff. de Decurionibus, Glossa, verbo, creati, in l. Ad Rempub. ff. de muneribus, & honoribus. Roderic. Snar. allegat. 12. nu. 3. Azeved. ad Curiam Pisaniam lib. 1. cap. 12. Ayendañ. de exequend. mandat. p. 1. cap. 19. num. 16.

Quod intellige, nisi tales assumendi sint in ætate pupillari, nam tunc omnino reiiciuntur ex l. 1. §. Impuberis, ff. de iure immunit. Caldas Pereira in l. Si curatorem, verbo, in hunc contractum, C. de restitut. in integrum. nu. 42.

Modificabis 2. in minoribus, qui proprietatis in officijs sufficiuntur; nos dicimus, servus de serventia, ita iudicatum refert Cabed. p. 2. de l. 2. aresto 106. Mendez de Castro in praxi Lusitana, lib. 1. cap. 2. §. 9. nu. 25.

Verius puto hanc modificationem, & proxim esse expressè contra eandem Ordinationem Lusitanæ, eodem lib. 1. tit. 93. ibi. Nem o posso servum nomine de outrem, posto que tenha de nós licença para isto, não passando de idade de vinte, & cinco annos. Idest, ac si dicat neminem; qui non excedat 25. annos posse suffici pro proprietario ad officij, & muneris servitum, licet hoc servitum illi concessum sit à Rege.

Modificabis 3. in muneribus publicis personalibus, in quibus parum, aut nihil refert. Vtrum quis magna prudentia, & consilio polleat, ut est facere custodiā in porta, muros ab hostibus tutari, & quid simile; nam ad hoc vocantur minores viginti quinq; annis, exceptis scholaribus, quibus calamus, non gladius, liber, non arma conveniunt; ita docet Bart. & Platea in l. 1. nu. 2. C. qui etate. lib. 10. Azeved. ad tit. 14. nu. 20. l. 6. nova recopilat.

C A P. Placuit. V.

S V M M A R I V M.

1. Quia etate quis possit diaconus initiari?
2. Vulum quod feminis Deo sacratis dari solet, quotuplex sit?
3. De quo velo disponat noster textus?
4. Quibus virginibus dari possit hoc velum?
5. An, quæ hoc velo velabitur, necessaria debeat esse virgo?
6. An, quæ per vim, & sine ullo mentis consensu oppressa est, possit velari?
7. An, quæ occultissime integritatem corporis amisit mortaliter, possit velari?
8. An hæc tencatur se prodere, ne velatur?
9. Authoris sententia proponitur.

10 De salutatione lectorum. Iube Domine benedicere.

11 De salutatione. Dominus vobiscum.

12 De salutatione Virginis. De ipsa & cōcōnatoribus.

N textu, ibi, Diaconi. Dixi de cōfēcentur. Nota ex Paludan. in q. dist. 38. Syvest. verbo, consecratio virginum, nn. 1. Emman. Rod. tom. 1. quest. regul. q. 64. art. 1. quinque velas ex nigro colore dari solita fuisse fœminis, quæ Deo dicabantur. Primum pfectiōnis, quod post professionem portant omnes moniales professæ. Secundum, consecrationis anno scilicet 25. ut constat ex hoc textu. Tertiū ordinationis, dabatur anno quadragesimo diaconissis, ut homilias in choro possent legere, cap. Diaconis, 27. q. 1. & cap. Si quis omnem, 1. q. 7. de quibus sot. in 4. dist. 25. q. 1. art. 2. paulo ante med. §. In conitancium. De alijs diaconissis, & presbyteris, dixi ego in cap. Presbyter, 18. nn. 3. & cap. Meliores, 19. nn. 1. dist. 32. Quartum velum cōrati p̄fationis, quod dabatur Abbatissis ad 60. etatis annum, cap. Iuvenculas, 20. q. 1. sed de ætate aliter habetur in Trid. seſ. 25. de regul. cap. 7. Quintum continentia, & obſervationis, cap. Vidua, 27. q. 1. quod etiam dari potest virginibus.

Textus ergo loquitur nunc de velo solito dari virginibus ad 25. annum, cum eis ceremonijs, de quibus in Pontif. Roman. pag. 186. & seqq.

Quæſtio igitur prima est. Quibus virginibus dari possit hoc velum? Respondet Sylvest. ubi proximè, cum Archidiacon. Emman. Rod. d. art. 1. ubi cum cōmuni Doctorum, ut ipse ibi appellat, solum eas virgines, quæ tria vota essentialia in Religione approbata emiserint, esse consecrationis velo velandas, non tamen omnes, quia neq; moniales mendicantium, neq; quædam aliae consecrantur ab episcopo.

Quæſtio secunda. An necessario ea, quæ velo consecrationis velanda est, debeat esse virgo? Scripsi iam de hac quæſtione in cap. Sanctionalis, 24. nn. 1. dist. 23. ubi retuli ex sa. verbo, consecratio, nn. 6. posse consecrari eam, quæ pollutione voluntaria fuit corrupta, intellige etiā si ipsa talem pollutionem procurasset tactibus impudicis etiam cum viro, dummodo integras corpore, signaculum virginale non amiserit, hanc resolutionem sequitur pariter Sylvest. verbo, consecratio virginum, nn. 2. Caiet. in summa, verbo, virginum consecratio. Eamus eodem verbo. n. 3. Iesuſ lib. 3. cap. 2. dubio 16. nn. 120. probat optimus Caietan. & ex eo Iesuſ, quos adi-

6 Questio 3. An hūz per vim amisit virginitatem, & carnis integratam oppresa, vel dormiens, vel vigilans, sine ulla tamen animi cōfensu, ita ut non peccaret mortaliter in tali oppressione, possit ebdom virginitatis velo velari. Tetigi hanc quæſtione my ingap. Amoris, 2. n. 3. dist. 260 & ibi citavi Emmanuſ. pro parte negativa, nūc dico probabilitatem esse partē affirmantem, si talis violatio occulta sit. Nam, ut certum est, in talis casu virginitas non periret, ut communiter docent DD. cum D. Thom. 2.2. q. 152. art. 1. ad 3. Rex doctrina S. August. lib. 1. de civitat. Dei, cap. 18. ibi. Quid, inquit, sana mente putaveris se perdere pudicitiam, prius in apprehensa, vel oppressa carne sua exercitavit, & expletatur libido non sua? Et cetera, quæ eleganter prosequitur. Addit S. Augustinus, hanc, quæ vim paſſa est, parēt esse illi, cuius integratam obſterix, ex iusta causa, māſu velut explorans, casu duim inspicit, perdidit. At quo ut dubium non est, hanc, quam ita obſterix casu perdidit, posse velari, sic etiam illa poterit, quam illi parēt facit S. Augustin. ita Iesuſ, lib. 3. cap. proximè in ito, dub. 16. nn. 115. Nec contra facit decretum Leonis Pape, in cap. Ille autem, 32. q. 5. Quod, consideranti tantum continere, non præceptum ibi dicemus, deinde Canonem loqui de oppressione manifesta, propter suspicionem consensus, & indecentiam, quæ inde configit; ibi me vide;

7 Questio 4. An, quæ occultissime voluntarie integratam corporis, & virginitatem amisit prolinuendo se viro, vel aliquo modo venereo, possit inter moniales, quarū religionem p̄fitetur, velum, quod accipiunt virgines, pariter accipere, supposito quod ab omnibus p̄ virginē habeatur. Dixi de hac quæſtione in cap. Sanctionales, 24. nn. 1. dist. 23. ubi pro hac parte affirmativa unicū citavi sa. Pro negativa Sot. Sylvest. Navarr. Mirand. Vivald. quibus adde Paludan. in 4. dist. 38. q. 5. 100 art. 3. S. Antonin. 3. p. iii. 2. cap. 2. §. 2. Caiet. in summa. verbo, virginum consecratio. Fumum nn. 3. Emman. tom. 1. quest. regul. q. 64. art. 3. Sayr. de censur. lib 6 cap. 4. n. 21. Iesuſ lib. 3. cap. 2. dub. 16. nn. 117. Qui omnes aiunt id adeo verum esse, ut nec propter grave scandalū inde eminenſis, si tales non sacrentur, consecrande sint.

8 Ego, ut verum fatear, non video, qua ratio- ne talis obligari possit ad abstinendum à velo virginum in ea religione, ubi nōris sit illud ab omnibus virginibus recipi. Primo, quia si tale, quid facit, infamabit procul dubio ſe ipsam, non solum apud eas, cum quibus vivit, sed etiam apud externos; quod in maximam redundabit dānu, & ſui, & religionis, & totius parentele, & mille inforunij adiūtū aperiet, unde puto iā ſu abesse, ut teneatur ſe ipsam prodere, ne velum virginitatis accipiat, ut potius teneatur crimen ſuum tacere, nec ſe ipsam infamare, cum tanto dāno religionis, & parentū po cōſanguineorū,

ut est vulgare in materia famae, quia tunc fama sua, non est sua, sed religionis, parentum, consanguineorum, &c. Adde Sayr. in clavi Regia, lib. II. cap. 4. n. 38. Secundo, quia nulli licet infamare de ipsum, narrando de se, licet vere turpe aliquid, vel grave crimen, aut atrocum, immo si tale faciat, peccabit mortaliter, propter scandala, quod inde necessarium sequitur, ut tenet Sot. 4. de insl. q. 6. art. 3. ad 4. dub. 3. conclus. 2. & lib. 5. q. 110. art. 2. ante fin. Covar. lib. 1. variar. cap. 2. n. 8. Aragon. 2. 2. q. 62. tract. de dominij obiesto. Salon. q. 3. de dominio, art. 3. post conclus. 6. & q. 73. art. 2. controversial. 3. Navarr. in Man. cap. 18. n. 58. Sed quid turpissimum, quid gravissimum, quid atrocissimum, quam ut de se foemina, nobili, & honesto loco nata, palam rejecto velo, fateatur virginitatem suam prostituisse, vel in parentum domo, cum adhuc ibi esset, vel in monasterio, cum tot claris, & parietibus sepiatur. Tertium, quia non puto piam matrem ecclesiam voluisse sua illa virginum consecratione foeminas passim, quae pro virginibus habentur, obligare ad prodendas se ipsas in ea re, quae charior esse solet, sed communiter velle consecrare virgines, quae tales sunt, & eas, quae pro talibus habentur, cum sine scandalo gravi id praeteriri non poterit. Addo non tanti habendam fictionem in sacramentali, ut causa eius fugienda incidentum sit in turpem sui, & suorum infamacionem, nec id velle ecclesiam; quidquid authores contrarij alter persuadeant. Alia multa pro hac opinione adducunt, quae institutum meum dedecent, in illam videtur inclinare, Lefsius citatus, ubi dicit esse aliquorum antiquorum, & recentiorum, quos tamen ipse non nominat.

9. Quapropter statuo (de osculata primum tantum Doctorum, quos pro contraria parte retuli, autoritate, & religione) mihi videri probabile tales moniales, quae occultissime virginitatem, & carnis integritatem amiserunt, non teneri a velo virginum abstinere, ubi illud communiter reliqua virgines accipiunt, ne hac ratione se prodant, in re, quam tanti foeminae faciunt, si tamen aliquo casu extra confessionem solus episcopus consecratus, certo sciret consecrandam, non esse virginem, ut posset cauteulis in prohunciendo consecrationis officio, quas apponunt Eman. Rodr. & Lefsius citati, mutando scilicet nomen virginitatis, in castitatis, & alia similia, quidquid talem cautellam impugnet, & irrideat Caiet. verbo, Virginum consecratio; dummodo tamen ex tali mutatione scandalum non generetur, & circumstantes colligant talem non esse virginem, sed corruptam.

10. In text. ibi, Populum salutem. Explicat Glossa hic, vel de salutatione, Dominus vobiscum, vel de iube Domine benedicere. De hac secunda videbis Rupert. lib. I. cap. 12. de divinis offi-

cis, ubi ait sic lectores incipere lectionem scripturarum, & verbi Dei, quia nemo, sine permisso maioris arrogare sibi debet munus annuntiandi evangelium, iuxta illud. Apostoli ad Romanos. cap. 10. n. 15. Quomodo vero predicabunt, nisi ministratur? Addit Rupert. lectorem finire lectionem dicendo. Tu autem Domine miserere nobis; quia nullus, ut plurimus, sine levi aliquo terreno coniunctionis pulvere Evangelium Dei predicit. Vide Azor. p. I. lib. 10. cap. 15. q. 6. & quod notavi ad cap. Deniqz, 6. n. 3. dist. 2.

De prima salutatione, Dominus vobiscum, habes exempla in veteri lege, Ruth. cap. 2. n. 4. & 2. Paralip. cap. 15. n. 2. inter christianos est salutatio antiquissima, ut constat ex S. Dionysio de ecclesiast. Hierarchia, cap. 3. ubi dignissimam mysticam, & supramundanam illam appellat. Augst. lib. 14. de civit. Dei, cap. 12. Ab Apostolis institutam dicit, Concilium Bracharense 2. cap. 21. de ea Soher, & Anacleitus Papa, in cap. Hoc quoqz, de consecrat. dist. 1. Responsio item, Et cum spiritu tuo, antiquissima est, ut constat ex Patribus, principue ex Chrysost. hom. 36. in 1. & hom. 18. in 2. ad Corin. ex Petro Damiano, qui integrum libellum inscripsit cum titulo, Dominus vobiscum, qui est epistola 12. Videbis Azor. p. I. lib. 10. cap. 34. q. 4. Sua. tom. 3. de Sacram. disp. 83. sect. 1. §. Quinto post hymnum.

Ex hac lectorum salutatione ad populum prout ortum habuisse salutationem concionantium, non quidem ad populum, sed ad sanctissimam Dei parentem, oblata salutatione Angelica, ut ipsa auxilium praestet dicentibus, & audiencibus verbum Dei.

C A P. Episcopus. VI.

S V M M A R I V M.

1. Etas pro diaconatu.

2. Textus disponit tantum, que fieri debet ubi coniugati sunt iuvenes.

3. Dispositio cap. Coniugatus, de conversione coiugat. pro his, qui senes etiam sunt.

4. Maritus, cui uxor adulterium commisit, non eget eius facultate, ut ordinetur, quid si damnata est de heresi?

5. Hac voluntas requirenda est etiam in matrimonio rato.

6. Non debet esse metu gravi, vel dolo extorta.

7. Non sufficit spontanea dissimulatio.

8. Ultra licentiam requiritur separatio, & qualis esse debent?

Textus

- 9 Textus difficultas, & eius duplex explicatio. nu. 10. & 11.
 12 An textus requirat alterius coniugis ingressum in religione?
 13 Proponitur sententia Authoris.
 14 Solvuntur, quæ contra obiecti possunt, & maris stabilitur.
 15 Dispositio textus, est etiam pro ordinibus minoribus, & consura.
 16 Coniugatus volens de licentia uxoris tonsurari, debet vorare castitatem.
 17 Etas pro episcopatu necessaria.
 18 Episcopus consecratus ante cōpletos 30. annos, non incurrit suspēsionē Pij 2.

IN textu, ibi, Minoribus 25. annorum. Vide posita ad cap. Subdiaconus, nu. 1. supra, hac eadem dist.

2 In textu, ibi, Coniugati iuvenes.
 Notabis dispositionem huius Canonis esse tātum pro coniugatis, qui adhac iuvenes sunt, & in ea etate, in quauni utroque periclitatur pudiicia, ut aperte ex eo constat.
 Pro his, qui iam non sunt iuvenes, sed senes, sive matrimoniū ratum sit, sive consummatū, idem definitur in cap. Coniugatus, de conversi coniugis. Quod intellige nisi sumi Pontificis licentia, & dispensatio accedit, quia possit dispensare in voto castitatis anhexo ordini, ac proinde nullum inde generaretur prejudicium uxori, vel si matrimonium tantum esset ratum, possit illud ex iusta causa dilunere; ita Sanch. lib. 7. de matrimon. disp. 38. nu. 4. contra Paludarium in 4. dist. 27. q. 3. art. 3.

4 In textu, ibi, Vxoris voluntas.
 Questio prima est, an semper hæc voluntas sit requirenda. Respondeo requirendam non esse, cum uxor innocente viro, comisit adulterium, tunc enim, illa invita, vix ad religionem, & ad ordines potest transire; probat satis eleganter cum multis Sanch. lib. 10. de matrimon. disp. 11. nu. 5. & disp. 12. nu. 5. quem vide, quod etiam intelligit de fornicatione spirituali, idest heresi, ubi uxor damnata est sententia Ecclesiae, quæ docet in mihi valde placet, ad illum lib. 10. de matrimon. disp. 15. nu. 21. & 22.

5 Questio secunda. Vtrum hæc voluntas requirienda sit, cum matrimonium est tanum ratum, sed nondum consummatum? Respondeo affirmativè, ita definitur à Iohanne XXII. Extravag. antiqua, de noto, & hoc licet vir ordinetur cum animo transiendi ad religionem, docent Petri. Ledesma de matrimon. q. 53. art. 4. dubio 1. Emmann. Rodrig. tom. 1. summæ, in 2. edit. cap. 224. num. 3.

Vega tom. 2. cap. 34. casu 48. Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 38. nu. 3.

Quæstio tertia. Vtrum sufficiat hanc voluntatem esse metu gravi, & dolo extortam? Respondeo negative, quia per voluntatem ita habitam non potest coniux privari iure suo, ita resolvunt, cum multis Sanch. lib. 7. de matrimon. disp. 35. nu. 1. 8. & 9. & disp. 38. n. 13. habebitq; tunc uxor ius revocandi n̄aritum, ut docet Sylvester verbo, diuortium, q. 17. dist. 4. ubi Armilla nu. 13. Cuchus lib. 4. inst. maior. tit. 12. n. 194. Azor p. 1. c. 14. q. 12.

Quæstio quarta. Vtrum sufficiat spontanea uxor dissimulatio scientis, & non contradicentis virum ordinari? Respondeo non sufficiere, quia cum res ardua sit, iura tali dissimulatione contenta non sunt. Docent Sylvester. Armilla, Cuchus, & Azor, proxime relati, item Sanch. lib. 7. de matrimon. disp. 38. num. 15. contra multos, quos nu. 14. adducit, unde hæc post mortem viri male contrahet matrimonium, ad quod tamen inhabilis redditur, cum sponte consentierit, vide posita ad cap. Si se, 51. à nu. 2. dist. 28.

**In textu, ibi, Sequestrato man-
sionis cubiculo.** Ultra licentiam, & fac-
ultatem uxor, ut vice
promoveatur ad ordines, requirit hoc decre-
tum, ut pariter separantur. Verum qualis esse
debeat hæc separatio, non satis constat, cum
triplex considerari possit. Prima separatio est
lectuli, sive thori coniugalis. Secunda cubicu-
li, sive camerae. Tertia habitationis, & domus,
ita ut neq; in eadem domo habitent. Vera re-
solutio est, si illi coniuges, sint suspecti de in-
continentia, nullatenus sunt permittiendi si-
mul habitare; si vero non sint suspecti, satis est
cubiculum sequestrare. Ita docet Glossa, & cap.
Volumus, dist. 81. ubi Hugo, & Arthidiac. Turri-
mat. & Domini. i. nu. unico, Abb. in cap. Coniugatus,
nu. 3. de conversi coniugat. Franciscus Marc. de c. 734-
nu. 6. p. 2. quem refert Sanch. dict. lib. 7. disp. 39.
nu. 8. ubi omnes textum nostrum afferunt, viii.
de infra ad cap. Volumus, dist. 81. nu. 2.

In textu, ibi, Religione promissa.
 Versat hic textus, & alij pariter de hac re do-
ctorum ingenia.

Prima explicatio est eorum, qui Glossam se-
quuntur hinc explicantem verbum, Religionem,
idest castitatem, ita ut idem sit, religione pro-
missa, ac castitate nuncupata; quod mille locis
eadem docet Glossa in cap. Quia sunt, verbo, nec
religiosam, dist. 28. cap. Coniugatus, verbo, continen-
tiam, de conversi coniugat. cap. 2. verbo, castitatem,
de clericis coniugat. Extravagans antiqua de voto, ver-
bo, noverit. Host. tit. de conversi coniugat. nu. 5. Hen-
riq. cap. Coniugatus, citato, nu. 5. & 8. Monald summis.
ubi de votis, tit. de voto coniugator. verbo, item licet
aliqui, Briancius de sponsalibus, conclus. 30. num. 6.

Supplementum summe Pizana, verbo, impedimentum, impedimento 11. nu. 2. Turrecrem. hic nu. unico, Caet. in repet. cap. Ad limina, 30. quest. 1. §. 4. q. 195. nu. 467. Mayol. lib. 1. de irregularit. cap. 34. num. 3. Franciscus Marc. decis. 734. nu. 2. p. 2. Saa, verbo, divorcium, nu. 4. quam explicationem, & sententiam appellat valde probabilem, Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 39. nu. 2. ad med.

11 Secunda explicatio est, ut hīc religione premissa, sit voto religionis nuncupato, quia hīc agitur de uxore vivente, atq; in hac semper iura requirunt ingressum religionis, cum vir illam ingreditur, cap. Cum sis, cap. Vxoratus, cap. Ad apostolicam, de convers. coniugat. Ratio est, quia magis exposita manet uxor iuvenis incontinentia, manente viro in sāculo, quam ingresso religionem, ut patet. Ergo cum iura requirant, ut in primo casu ingrediatur religionem, ita etiam idem requiritur in secundo, & sic explicāda sunt, cum res fuerit alicuius dubitationis, sequuntur hanc explicationem ex Iurisperitis Glossa, verbo, separantur, in cap. Si se, disp. 28. Innocent. Hostiens. Antonius, Abb. Praeposit. Dominic. Asten. Rosella, Sylvester. Armill. Tabien. Navar. Greg. Lop. Covar. Cuchus. Ex Theologis, D. Thom. Albertus Magnus, Paludan. Maior, Sot. Angles, Palacios, Ludovic. Lop. Henr. Azor, quos refert, & sequitur Sanch. de matr. lib. 7. disp. 39. nu. 6. Iudicium feram de his duabus explicationibus nu. 14. & 15.

12 In textu, ibi, Pariter conversi fuerint. Videtur textus requirere ingressum, & professionem utriusq; coniugis in religionem, antequam ordines maritus cum effectu suscipiat; nam dicit, ut postea quam pariter conversi fuerint, ordinētur, neq; enim aliquis dicitur converti, sed in sāculo manere, si non profiteatur; ut acutē docet Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 32, nu. 4. cum multis, quos ibi refert, & sequitur. Aliunde, ut non credam hic sermonem esse de religione, sive quoad ingressum, ut ibi fœmina securè ab incontinencia vivat, sive ad professionem, movent me verba illa. Sequestrato mansionis cubiculo, quid enim opus erat meminisse de sequestratione cubiculi, si vel unus, vel uterq; ad religionem erat migratus, sive ut ibi occluderetur, sive ut profiteretur?

13 Quapropter statuo conformius esse menti, & dispositioni huius Canonis, quantū ex eius verbis, & serie datur intelligi, hīc nullam fieri mentionem de ingressu religionis, nec etiam de voto illam ingrediendi, sed tantum de voto castitatis, quod uterq; coniux, cogebatur nuncupare, licet ambo iuvenes essent, ac proinde priorem explicationem, quam retuli, nu. 10. secundā nu. 11. præferendam existimo, ac dicendum ex hoc textu non benè probari opus esse, ut uxor iuvenis religionem profiteatur, si velit

marito licentiam concedere transiundi ad ordinēs; sed satis esse, si nuncupata castitate in eadem domo manere non permittantur. Fulcitur hāc explicatio ex textu in cap. Coniugatus, de convers. coniugat. ibi. Nullus coniugatorum est ad sacros ordines promovendus, nisi ab uxore continentiam proficiente fuerit absolutus, ubi tantum postulatur continentiae votum in uxore, sive iuvene, sive grandeva, quod denotat tum verbum, nullus, & videtur explicare terminum nostri textus; Religione promissa, per illos, continentiam profiente, & terminos; sequestrato mansionis cubiculo, per illos, ab uxore fuerit absolutus, idest separatus.

Nec religione, alicui moveat, quod ambo i; pariter iubeantur converti; nam ibi, coniugat, non est à sāculo in religionem transire, & statum per professionem mutare; alioquin nunquam ratione huius textus posset maritus ordinari; nisi transiundo ad religionem, quod tamen Authores secundā explicationis negant, sed est Amore, & studio liberius Deo vocandi, & ab actu coniugali, & concessis matrimonij voluptatibus per votum continentiae, & ordinum susceptionem, quam longissimè separari, atq; ab statu matrimonij ad statum continentiae transilire. Addo non bene trahi dispositio-nes factas pro ingressuris religionem ad eos, qui ordinibus initiari volunt, maximè ubi textus in contrarium commodè applicantur; ne dicam ubi sunt textus contrarium suadentes, ut est in nostro casu cap. Coniugatus, cuius concepta verba superiori numero retuli. Iudicent peritiores.

In textu, ibi, Ordinentur. **15**
Cum dispositio sit absoluta, absolute etiam intelligenda est de quocumq; ordine, sive sacro, sive de his, quos minores appellamus; probatur etiam ex cap. final. de tempor. ordinat. ubi Gloss. verbo, Diffinitum, & ibi Dominicus nu. 6. Gloss. cap. Coniugatus, verbo, ad factos, & ibi Ioannes And. nu. 3. Anton. nu. 3. Abb. num. 2. Cardinal. q. 1. Ancharr. nu. 2. de convers. coniugat. idem Joann. And. in cap. 2. de clericis coniugat. & ibi Antonius num. 5. Abb. nu. 3. Ancharr. nu. 3. Cardinal. q. 1. Imol. nu. 1. Brunellus de sponsalib. conclus. 30. num. 16. Antonius Cuchus lib. 3. institut. Maior tit. 12. nu. 197. Mayol. lib. 1. de irregularit. cap. 34. nu. 1. Lancelot. insti- tūt. canonici, lib. 2. tit. de divorcio, §. His exceptis, verbo, ad factos. Azor. p. 1. lib. 13. cap. 13. q. 7. Sanch. lib. 7. de matrimon. disp. 38. nu. 6. Quavis etiam probabile sit ex iusta causa posse coniugatum ad minores ordines promoveri, sine uxoris facultate, ut docent Innocentius in cap. Coniugatus, & ibi Hostiens. num. 1. Henrillus num. 6. de convers. coniugat. Quo in casu addunt non esse petendum votum continentiae, ab eo coniugato ascende ad minores.

Sed ultra

16 Sed ultra licentiam ex parte uxoris, ut coniugatus possit ad primam tonsuram ascendere, exigendum est ab eo votum continenter; quando hic non potest ad tonsuram promoveri, nisi velit ad sacros ordines ascendere, ut ergo non contingat eum resilire, voto castitatis astringendus erit; sic *Glossa* hoc nostro cap. *Episcopus*, verbo, sequestrato. *Ioann. Andr.* in cap. *Coniugatus*, num. 4. & ibi *Anton.* num. 3. *Abb.* num. 3. *Cardinal.* quæst. 1. *Anchar.* num. 2. de *convers. coniugator.* *Sanch.* ubi proximè, num. 8.

17 In textu, ibi, *Ante triginta annos.* Intellige completos; nam qui in episcopum assumi debet, hanc ætatem completam habere oportet; ita etiam cap. *Cum in cunctis, de electione*, in 6. & ibi scribentes. *Trident.* sess. 7. cap. 1. ubi se refert ad cap. *Cum in cunctis, citatum Henr. lib. 14. de irregularitat.* cap. 9. num. 1. & in *Comment. littera C.* *Azor.* part. 2. lib. 3. cap. 28. quæst. 8. & lib. 6. cap. 6. quæst. 1. *Sua-rius de censuris*; atsp. 31. sect. 1. num. 29. *Tolet.* lib. 1. summa. cap. 61. num. 4. *edition. Duacinae. Lessius de iusticia*, lib. 2. cap. 34. *dubio 20.* num. 107. *Reginald. in præxi fori conscientia*, lib. 30. tract. 3. cap. 12. sect. 1. num. 163. *Sayr. de censuris*, lib. 6. cap. 12. nu. 3. *Miranda de ordine iudicario*, quæst. 4. art. 2. concl. 3. *Garcia de beneficio*, part. 7. cap. 6. num. 76. *Menoch. de arbitrar. causa 427.* num. 24. *Rebuf. de pacificis posse* num. 184. *Armendar. in addit. ad recopilat legam. Navarr.* lib. 1. tit. 2. l. 1. de *arat.* num. 18. *Gau-terr. Canon.* lib. 1. quæst. 26. num. 39. Eandem etiam ætatem requiri in eo, qui ad Cardinalatum est promovendus, tenet *Henr. dict. cap. 9. Azor lib. 6. cap. 6. quæst. 14. Campanil.* in *divisor. iaris, rubric. 7. cap. 6. num. 47.* Contraria tamen consuetudo Römæ hodie observatur, ubi multoties minori ætate creantur Cardinales. Quod vero attinet ad supremum apicem omnium dignitatum, qualis est *Summus Pontificatus*, decens est, ut nullus minor annis triginta eligatur. *Selva de beneficio.* q. 5. p. 3. num. 14. *Henr. & Campanil. citati.*

18 Quæres, An qui consecratur episcopus ante completos triginta annos, incidat in suspensionem Extravagantis Pij II. quæ incipit. Cum ex *sacerdoti*, de qua ego egī in cap. *Subdiaconus*, 3. & num. 5. hoc distinct. 77? Respondendum negative. Primo quia, ibi non sit mentio de episcopis, ut fieri opus erat ad illius incursionem, iuxta cap. *Quia periculosem, de sententia excommunicat.* in 6. Secundo quia, ex circuitantibus satis colligitur ibi sernionem non esse de episcopis, maximè quia collatio ordinis episcopalis per excellentiam dicitur consecratio, non vero ordinatio. Tercio quia aliae particulæ, quæ in dicta Extravaganti continentur, ut sunt interæ dimissæ extra iepora, &c. Non bene de episcopo enunciantur. Ita *Suar. de cons. disp. 31. sect. 1. n. 29.*

C A P. In veteri lege. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Levite unde dicti, & in quot familias divisi?
- 2 A Caath geniti sunt pariter sacerdotes.
- 3 Annus 25. pro deputatione Levitarum.
- 4 Tabernaculi ideam Deus Moysi monstravit.
- 5 Artifices tabernaculi, ubi etiam de donarijs ad illud oblatis.
- 6 Tabernaculum quid fuerit?
- 7 Tabernaculum, quando erectum in deserto, & ubi primò collatum in Palestina.
- 8 Tabernaculum, quantum temporis fuerit in urbe Silo?
- 9 Quo tempore fuerit translatum in Gabaon?
- 10 David tabernaculum condidit ad custodiā arcae testamenti.
- 11 Primum Levitarum munus, circa tabernaculum in deserto.
- 12 Secundum Levitarum munus, circa tabernaculum in deserto.
- 13 Servitia levitarum circa tabernaculum, & templum in terra promissionis, ubi de tribus cantoribus maximus Asaph, Heman, & Idithum.
- 14 Singulis magistratibus civilibus, duo Levite attributi apud Hebreos.
- 15 Unde subdiaconi, & diaconi Ecclesie, dicti Levite?
- 16 An Levite peculiares uestes habuerint?
- 17 Distinctio Levitarum, & Sacerdotum.
- 18 Nathinei, qui fuerint?
- 19 Infantes ante usum rationis ordinati in sacris verè ordinem recipiunt.
- 20 An tales teneantur ad votū castitatis refertur prima sententia, quæ vera est.
- 21 Refertur secunda sententia, quæ vera est.
- 22 Quid si tales infantes sint dolii capaces?
- 23 Impubes post usum ratiōvis ordinatus, an teneatur continere? refertur prima sententia.
- 24 Refertur secunda sententia.
- 25 Iudicium Authoris.
- 26 Quid dicendum in talibus de matrimonio, & obligatione recitandi?

- 27 *Aetas ad ordines sacros.*
 28 *Sacra menta veteris legis non imprimebant characterem spiritualem.*
 29 *Quae Sacra menta nova legis characterem imprimant?*

IN textu, ibi, Levitæ, &c. Dicti sunt à Levi filio Iacob, hic namq; tres habuit filios Gerson, Caath, & Merari. Genes. cap. 46. num. 11. & Exod. cap. 6. num. 16. Ab his tribus Levi filijs, tres familiæ Levitarum emanarunt, Gerzonitarum, Caathitarum, Meraritarum. Plurima de his tribus Levitarum familiis mentio est in sacris Biblijs; de Gerzonitis Numer. cap. 4. num. 24. 28. 41. & cap. 26. nu. 57. ubi appellantur Gerzonitæ nomine patronimico à parente Gersone. Caathitarum Numer. cap. 3. num. 27. & cap. 10. num. 21. & cap. 26. nu. 57. & 1. Paralip. cap. 6. num. 54. ubi etiam dicti sunt Caathitæ à Caath parente. De Meraritis legere est Numeror. cap. 4. num. 23. & cap. 26. nu. 57. ubi Meraritæ dicuntur deducta à parente Merari nomenclatura.

lib. 10. cap. 14. & ante eum Petrus Sol. de Sacram. Ordinis, lectio 2. Castro adversus heres, verbo, Episcopis, & alijs, de quibus Henr. lib. 10. cap. 7. §. 2. Inter M. Suar. tom. 4. de pauperib. disp. 25. sect. 1. 2. 3. 4. Dnoas reguli. 72. vers. Limita 2. qui non solum textus meminit, sed debet referri ad dictam visionem plebium, seu dicecesium, que aliquando parochia solent appellari, ut late ex antiquis Canonibus comprobatur Joannes Filescus in libello, quem Parresia scripsit, cap. 1. pag. 3. Nam vero episcopalem dignitatem esse de iure divino, & a Christo Domino institutam præter civitatis autores, latè probat Azer instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 30. q. 13. Covar. in reg. possessor. p. 2. §. 9. & nu. 6. Ludovicus Miranda de ordine iudic. q. 2. art. 5. Valentia tom. 4. disp. 7. q. 10. pñca. 2. Hinc fit ut Pius Papa primus epist. 1. & Cornelius epist. 2. affirmet, Deum instituisse, & posuisse episcopos, ut essent veluti pulcherrimi Ecclesie oculari, à quibus miram libi gratiam, & pulchritudinem conciliaret. Vide Gyga. de pensionib. q. 2. nu. 3. Barb. in tractat. de praefan. Cardinal. quæst. 1. Scribon. in theosimia, disp. 7. de ordine, q. 6. & adde cum Suar. & Azer citat. & cum Vasq. in 3. p. disput. 242. cap. 7. episcoporum dignitatem fuisse à Christo Domino institutam in suis Apostolis in nocte ultimæ Cœnæ, ut habetur Luke 22. Rousseau in tractat. de preeminentia Archiepiscopalium, in prefatione. Pighius de ecclesiast. Hierarchia, lib. 3. cap. 1.

In textu, ibi, Patriarchas, vel Primates. Utrosque enim eosdem esse, & eandem formam tenere, licet diversa sint nomina, probat texius in cap. 1. & 2. nonagesima nona dist. ubi plenius me videbis, & in cap. Dico simul de officio Ordinarij, quanvis Imol. ibi num. 12. Trotius de vero clero. lib. 1. cap. 13. Paul. de potestate capituli, præludio 6. num. 12. Petr Greg. lib. 10. cap. 12. nu. 2. Zechius de republica ecclesiast. iii. de statu Patriarcharum, nu. 3. contendunt Patriarchas propriè dici solos quatuor, de quibus in cap. Renovantes, 22. dist. & in cap. Antiqua, de privilegijs. Quare melius Glossa ultim. in presenti, authoritati dicti cap. 1. notavit, inter Patriarchas, & Primates non dari realem differentiam, sed vocalem, ut etiam docet Cassan. in Catalogo gloria mundi. p. 4. considerat. 9. in principio. Lancellotus in institutionibus Canonicis, lib. 1. tit. 5. in principio.

C A P. In illis. II.
S V M M A R I V M.

1. Polydorus, & Boerius nostri textus minere.

2. Flamines, qui dicantur?

3. Archiflamines, qui dicantur?

4. In una civitate, an possint esse duo episcopi?

5. Prohibitio episcoporum in eadem Ecclesia, quando sunt inducta?

I N textu. Cuius metuit Polydorus Virgilius, de inventoribus rerum. lib. 4. cap. 14. Boerius de autoritate magni Contilij, nu. 54. ad finem, & per illum docet, quod Primates possunt loco Prothoflaminum gentilium, Archiepiscopi in locum Flaminum, & episcopi in locum flaminum.

In textu, ibi, Flamines. Flamines unde diciti, vide Varro lib. 4. de lingua Latina, & Seneca lib. 8. Æneadum, ad versum lanigerosq; apices. Flaminis ceremonias, & leges tribunt cum Flaminio, in problematis, tum Gellius lib. 10. cap. 15. ex Fabio Pictore, Masario, Sabino, & alijs, tum etiam Finistella in libello de sacerdotijs Romanorum, cap. 5. De institutione Flaminum inter scriptores, non convenit omnino. Plutarchus in Numa, vult Dialem, & Mariam, flamen à Romulo institutos. At contra Dionysius Lucius, & Varro, volunt omnes Flamines, à Numa institutos. Nominis autem ratio tracta est à filio, quo caput habebant cinctum; unde à filio quo uebantur Flamines, dicti quasi filamines. Creabantur autem Flamines à populo comitijs calatis, ut docet Aulus Gellius lib. 15. cap. 27. De Flaminibus videlicet Pomponium latum de sacerdotiis Romanis. cap. 7. fissimum Onuprium lib. 2. de civitate Roman. Librum Gerald. historia Deorum Cyriagmate, 17. D. Augustinus lib. 2. de civitate Dei, cap. 15. eleganter Alexand. ab Alexand. genialium dierum, lib. 6. cap. 15. ubi eruditus Titaquiel. multa adducit latissime Anastasius Germanus de factorum immunitatibus, lib. 1. cap. 5.

In textu, ibi, Archiflamines. Erant gentiliū sacerdotes, qui inter alios præcipui dignitate præerant, ut inter nos Archiepiscopi, nam Flamines apud gentiles idem significabant, quod apud nos sacerdotes; cum igitur Archiepiscopus prima dignitas sit inter omnes sacerdotes, & episcopos, sic etiam inter Flamines, principalem habebant dignitatem Archiflamines, ut invenies apud Ioannem Rosaneum de antiquitatibus Romanorum, in oratione Ioann. Thom. adducta in fine, lib. 10. fol. 483. & de Archiflamine præcipue pag. 484. littera A. Alexand. Scotus in Vocabulario iuris, eadem littera. & vide Sebastian. Cesar. in sua select. de ecclesiast. Hierarch. disput. 5. q. 1. nu. 5. & in quæst. 2. proœm. q. 2. nu. 4.

In Glossa, verbo, Singulos. Docet Glossa, in una civitate non debere plures episcopos esse, sexius optimus in cap. Quoniam, 14. §. Prohibe-

§. Prohibemus, de officio iudicis Ordinarij. Hæc tamen prohibitio licet iuris sit humani, ut tradit ibidem Abb. num. 4. Glossa 2. & Doctores in cap. Non autem, 7. quæst. 1. Cardinal. cons. 70. admodum tamen est consona iuri naturali, & divino; intendit Pontifex in dict. cap. Quoniam, ibi tanquam *unum corpus*, nam sicut pluralitas regum, in eodem regno iuri naturali detrahere quodammodo videtur, cap. In apibus, 7. q. 1. Item idem omnino de pluralitate episcoporum in eadem ecclesia censeri debet, sic pluralitates rectorum in quavis ecclesia omnino prohibita censentur, ut docet *textus in cap. Sicut*, 21. q. 2. & in cap. Cum non ignore, de prabendis. Prohibitio tamen huius pluralitatis, tam in episcopis, quam in parochiis nulla consuetudine abrogari constat, siquidem irrationalabilem fore consuetudinem, que monstruosa sustinet dispositiones, ex regul. l. Nam absurdum. ff. de operis libertorum, & uti talem esse invalidam, cap. ultimum de consuetudine, intendunt Innocent. Abb. & communis, in dicto cap. Cum non ignore, optimè Oldrad. cons. 67.

§. Notabis tamen prohibitionem episcoporum in eadem ecclesia à tempore Apostolorū, quando scilicet diœceses fuerunt distinctæ, induciam fuisse, ut probat *textus in praesenti*. Nec refragatur cap. Non autem, 7. q. 1. quo in loco refertur D. Augustin. accessisse Valerio tanquam ei in eadem Coepiscopum, non enim negatur id contra iuris prohibitionem factum. Patet ibi novo more. Sunt qui arbitrantur illud ex apostolica indulgentia fuisse factum, ita in effectu Glossa 1. & Abb. nu. 3. in dict. cap. Quoniam, de officio ordin. Idem Abb. in cap. 1. de parochijs, & in cap. Tua, nu. 4. de prabendis. Cardinal. cons. 70. Doctores communiter ex Navarr. in cap. Si quando, in principio, nu. 10. de rescriptis, sed refellitur hæc sententia propter testimonium Posidonij in vita Augustini. col. 5. afferentis eundem Augustinum accessisse Valerio de facto contra iuris prohibitionem, excusari tamen juris ignorantia, quam ipse dum viveret testatus est, pro ut refert Allobiacon. in praesenti, num. 1. probabilior videtur sententia Glossæ ult. in d. cap. Non autem, cui similis in dicto cap. Quoniam, verbo, necessitas, quod scilicet D. Augustinus accesserit tanquam coadiutor, seu vicarius, pro ut in specie illius textus.

CA P. Episcopi. III.

S Y M M A R I V M.

I. Civitas an possit esse sine episcopo? & num. 2. & 3.

- 4 Episcopi non debent ponî in villis, & castellis.
- 5 Vicarius non potest episcopū consecrare.

IN principio textus, ibi, Modicis civitatibus. Igitur ad substantiam, & esse civitatis, non requiritur, quod habeat episcopum; probant communiter DD. in cap. 1. de privileg. quia dum textus ille, decidit in maioribus civitatibus episcopos esse ponendos, supponit in modicis, seu parvis contrarium esse dicendum; quod clarius docet Anacletus in praesenti, dum prohibet ne in castellis, aut modicis civitatibus episcopi constituantur, sicq; aperte probat, dari modicas civitates, que episcopum non habent. Nam si ad substantiam civitatis requireretur episcopus, sequitur quod si ob delictū, vel aeris intemperiem civitas episcopo privaretur, desineret esse civitas, ex regula *textus in l. Julianus*, §. Si quis rem, ff. ad exhibendum, & tamen episcopo privata adhuc civitas remanet, ut in casu notabili civitatis, que proprium occidit episcopum, probat *textus in cap. Ita*, 25. q. 2. & apud nos ostendunt domestica exempla de civitate Silvensi.

In contrarium tamen urget *textus in cap. In illis, supra eodem*, ubi in maximis, & maioribus civitatibus Primates, & Archiepiscopi ponuntur, per singulas vero alias precipit, ut ponantur episcopi, consonat cap. 1. de officio Ordinarij, ibi, singularium urbium, ex quibus in terris Christianorum solas illas dici civitates, que episcopum habent, dixit Bald. in l. Ex hoc iure, num. 34. ff. de iustitia, & iure. & de canonico iure hoc esse verum profitetur. Alciat. in d. cap. 1. num. 2. vers. Aut loquitur, de iure canonico, & de iure Italiae testatur Bart. in Extravaganti, qui sine rebelles, in verbo, Lombardia, num. 5. vers. Civitas, post alios Tuscan. tom. 1. littera C. conclus. 280. num. 15. Reb. in §. Statuimus, verbo, Civitas de collationibus in concordatis, pro ut illum refert Greg. Tolosan. in cap. Conquerente, cap. 2, nu. 10. fol. 227. de officio Ordinarij.

Tu resolve, quod de iure gentium certum est; eo attento urbes sine episcopis fuisse, quos deinde in evangelica lege ordinatos esse constat, & probat *textus in cap. 1. has eadem dist.* De iure civili dicendum est, requiri principis secularis autoritatem, quoad privilegia civitatis: sed quo ad esse civitatis sine Principe constitui posse, ut docet additio ad Bart. in l. 1. nu. 3. de Metropoli Beryro, lib. II. Alciat. in cap. 1. num. 2. de officio Ordin. At de iure canonico verior est sententia, non requiri ad esse civitatis, ut habeat episcopum; neq; obstat *textus in dict. cap. In illis*, respondetur enim sensum illius textus esse negativum;

negatiuum; scilicet quod episcopi non ponantur in villis, sed in iolis civitatibus; atque ita quod sine civitate episcopus esse non potest. Vnde quando novus erigitur episcopatus, villa illa, vel oppidum, in quo erigendus est, prius civitatis honore decoratur, ut optimè probat textus in Extravaganti Salvator, vers. Volentes de praebentis, inter communias, non tamen è converso, sequitur quod civitas non possit esse sine episcopo, immo contrarium concludunt predicta fundamenta. Vide posita ad cap. Ego Ludovicus, 30. num. 4. supra, dist. 63.

4 In textu, ibi, Vilesceat nomen episcopi.

Non sunt igitur episcopi villis, aut municipijs proficiendi, ne eorum authoritas vilesceat; notat Abb. in cap. De privilegijs, notabilis 2. & est communis opinio, testis Alciat. in cap. 1. num. 1. de officio Ordin. Contrariam videtur sententia D. Hieronymi in cap. Legimus, vers. Si authoritas, 94. distinct. dum ait ubique quod fuerit episcopus, sive Romæ, sive Eugubij, sive Rhegij eiusdem esse meriti, eiusdem sacerdoti. Vnde Turcicem. in præsentis, num. 2. & Petrus Gregor. rei humana, cap. 14. num. 4. aiunt D. Hieronymum, fuisse ortum in improbando eorum abusu, qui episcopos divites venerantur, & contulerint, pauperes vero despiciunt. Vnde ipse ad Cromatium conquerebatur, in patria mea ille saecularior, qui diuina est. De quo argumento vide multa quas post Tiraquel. Baegam, & alios cumulantur. Cened. ad Decretum collectan. 27. à num. 8. Adhuc igitur abusum aiunt alludere Pontifices in presenti, & in cap. 1. de privilegijs, & cap. Præcipimus, 16. quest. 1. dum probat, vilescerere episcopalem dignitatem, in villis, &c. pagis, scilicet quod ad populares, & vulgarem existimationem, non vides in rei veritate, & quoad doctos, apud quos episcoporum dignitas eiusdem est meriti, quia nec divitiarum potentia, nec paupertatis humilitate debet, pluris, vel minoris estimari: cui hominum abusui, ut facri Canones occurrant, prudenter statuerunt, ne in castellis constituantur episcopi, iuxta nostrum textum cum similibus, observant Glossa, verbo, eisdem, in præsenti Glossa similis, eodem verbo, in dicto cap. Legimus.

5 In textu, ibi, Non ab uno.

Circa Rebussu in praxi, part. 1. tit. forma vicariensis num. 35. & ex illo docet, quod vicarius exequi non potest episcopi consecrationem, nisi sit episcopus. Imo ad consecrationem tres reguntur episcopos, cap. final. 66. distinct. cap. Episcopi, 64. distinct. ubi vide posita num. 1. & posita ad cap. Episcoporum, 6. num. 2. supra, dist. 61. postea que. Rata in maxima iustitia facta emundatio etiam esse quod est in iustitia iustitiae, mulieris causa iustitiae, quod est in iustitia iustitiae, quod est in iustitia iustitiae.

CAP. Illud sane. IV.

S U M M A R I V M.

1 Presbyteri in nostro textu, qui dicuntur?

I N textu, ibi, Presbyterorum.

Quos parochos dicimus, seu plebanos, vel curiones, de quorum officio vide multa, quæ latissime tradit. Zechius de republica ecclesiast. cap. 27. cum sequentibus, Petrus Bellus in economia canonica, classe 2. cap. 1. §. 1; Petrus Gregor. d. bba. 5. cap. 14. bene advertens à num. 12. plebanos parochos esse, non tamen omnes, sed illos, qui maius habent beneficium, in quo sunt capituli, ut deducitur ex textu in cap. 1. Ne clericis, vel monachis, lib. 6. licet Abb. in cap. Cum ab ecclesiast. de officio Ordin. utrumque idem esse, & non differre existimat. Tituli vero, seu ecclesiæ, in quibus parochi ponuntur parochia appellantur. Eorum vero divisionem, tam in Urbe, quam orbe, se fecisse auctor est. Dionysius Pontifex in cap. 1. 13. q. 1. de quo meminit textus in cap. Pastoralis, in principio, de his, qua sunt à presulis, & latè explicant Polydorus Virgilius, de inventoribus rerum, lib. 4. cap. 9. Narrat. in cap. Phasianum. 3. de panitvija, dist. 6. & multi, de quibus Cened. ad Decretal. collectan. 104. num. 5. quibus pro ratione adde Suar. tom. 1. de Religione, de clericis, lib. 1. cap. 24. num. 4.

C A P. Non debere. V.

1 An visitatio sit de lege diœcesana, vel de lege iurisdictionis.
2 Visitator debet intendere, ut quartus quae Iesu Christi; non quae sua sunt.
3 Visitator non potest usum immiscere illis, quae ad ipsum episcopum spectant.

I N textu, ibi, Visitatores.

Visitator dicitur quasi circumiens, circuit enim p. vinciam, diœcesin, vel locum iurisdictionis sua commissum, ut ex nostro textu probat Marian. Socin. de visitatione, quest. 1. num. 2. ubi notat, quod quicdam volunt hanc visitationem esse de lege iurisdictionis, quod videtur invenire textus

textus in cap. Cum venerabilis, de censibus, ibidem textus vult, quod episcopus habeat visitationem ratione iurisdictionis suae. Nonnulli vero voluerunt, quod sit de lege diocesana, quæ autem pertineant ad legem diocesanam, & quæ ad legem iurisdictionis, & an hæc diversa sint, traditur per Glossam, & DD. 10. quæst. 5. in summa, & in cap. Conquerente, de officio Ordin. & ipse Marian. dixit latius in tractat. de officio Ordin. In quantum enim prælatus visitando inquirit, instituit, disponit, reformat, provideret, corrigit, acq punit, ad iurisdictionem pertinere videatur. In quantum vero à visitatis procurationem recipit, talis receptio de lege diocesana appellari potest.

*2 Visitator debet intendere, ut querat quæ Iesu Christi, non quæ sua sunt, ut est *textus in cap. Dum Apostolus, de censibus, & in cap. Procurationes, eodem isti.* ubi textus dicit, quod non querant quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, prædicationi, & exhortationi, correctioni, & reformationi vacando, ut fructum referant, qui non perit; non ergo debent procurationibus, aut lucro, seu ad propriam utilitatem, ut sibi thesauriscent: sed saluti animarum, & morum profectui, cultuq; divino ampliando, statuiq; ecclesiastica in melius reformando intendere, ut in cap. 1. de censibus, lib. 6. notat idem Marianus Socin. de visitatione, nu. 25. Quæ autem personæ possint visitationis officium exercere, vide per eundem nu. 4. & seqq.*

In textu, ibi, Nihil agere.
Scilicet de his, quæ ad ipsum episcopum spectant, ut altaria, vel ecclesiasticas consecrare, ordinare clericos, illos constituere, causas tractare chrisma confidere, & generaliter de omnibus maioribus negotijs, ut etiam probat *textus in cap. Abbatibus*, 41. infra, 12. q. 2. *cap. ultimum in finalibus verbis, de officio Archipresbyteri*, advertit Turrecremat. in presenti.

CAP. Fraternitatem. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 *Sedes episcopales non debent inter se multum distare.*
- 2 *Anglia insula in Oceano.*
- 3 *Dictio, sine, quam significatione habeat?*

IN textu. Collige ex illo episcopales Sedes non longo intervallo à se debere disjungi, quod iusta ratione factum est, ut scilicet unus episcopus alteri operi ferre possit cum opus fuerit, sed ambigi potest quæcum unius episcopatus ab altero distare debeat,

& iudicis arbitrio hoc relinquere meritò, censuit *Glossa 1. in praesenti*, quam sequitur Menoch. de arbitrat. casu 497. num. 3. ita etiam iudicis arbitrio relinquatur, quantum una ecclesia parochialis ab altera distare possit, ut commode parochiani Sacra menta sumere possint; notatur in cap. Ad audientiam, 1. de ecclesijs adificandis, advertit Menoch. ubi proxime, num. 4.

In textu, ibi, Anglia. De qua mentionem Plinius lib: 4. cap. 16. *Abraham Ottelius de situ orbis, cap. 11.* dicta ab Angela regina, cuius ductu via fuit, agrosq; & opes inter Saxones Alemaniæ populos divisit. Britannia à veteribus dicta. Insula insignis in Oceano, quæ undique à circumfuso mari circumdata est. Quæ quondam ab albis rupibus, quas mare abluit, etiam Albion dicebatur. Hanc huius nobissimæ insulæ originem, nominumq; diversitatem eleganti carmine descripsit Nicolaus Rensnerus lib. 1. Itinerum, poemate 10.

Nescio quæ medio procul albet in æquore tellus.

Vnde fluctuago circueunte salo.

Fallor? an hac illa est Europa, maxima nostra?

Insula, plena viris, insula dixerit opum.

Insula, Romanis quæ dicta Britannia quondam:

Et duce sub Latum Casare miseri ingum.

Post, ubi Saxonum traiecit navibus Anglus,

Et à gente nova nomen aderia novum.

Cum pulsi veteres emigravere coloni:

Et patios profugi desiliuere lates;

Sedibus, & latè per Celicam littora fixis

Britones antiquum nunc quoque nomen habent.

Addit posita ad cap. Constantinus, 96. distincta.

in villa eiusdem sedis in circuus enim

In textu, ibi, Sine. Dictio, sine, magis separatione,

quam exceptionem denotat, Bart. in l. Si eu, ff.

Qui iniuriarum. nu. 6. ff. si quis cautionibus Portine, in

l. Si sine, ff. rem ratam haberi, & l. Si sine barede, ff.

administratione tutor. Dictio, sine, filiis importat

conditionem, Bald. cons. 264. statuto caverit, nu. 3.

vers. Nam hac dictio, lib. 1. sequitur Tusci. tom. 1.

littera D. conclus. 377.

Ex quibus videtur quod in libro primo

CAP. Apostolus. I. noii

deponit, quod cum iugante in iace-

scere, non debet esse peccato.

Qui ordinantur episcopi debent esse fa-

me crimine non tamen sine peccato.

An cœdenatus ad mortem fugiens à carcere

promoveri possit ad sacros ordines?

3 *Quid dicatur crimen?*
4 *Judicis arbitrio relinquuntur pena depositionis clero imponenda.*

1 **I**n textu. Collige ex illo sine crimine debere esse illos, qui ordinantur episcopi, non tamen sine peccato (hoc enim si foret nullus homo ordinaretur) ut tradit Rebiffus in praxi, tom. 2. tit. de clericis ad sacros ordines male promotis, Glossa 4. num. 6. fol. inihi 220. Felin. in cap. Dilecta, num. 4. de exceptiōnibus, ex hoc inferens, valere electionem de clero constituto in peccato mortali, etiam non occulto, per textum in cap. Si uir nostris, de iure iurando, ubi canonicus, qui erat in peccato mortali manifesto, propter iuramentum temerarium, & praejudicium Ecclesiae non fuit repulsus, sed solum ei indicata pœnitentia, ut tenet Glossa 1. ibidem Glossa in cap. Perpetua, verbo, priventur, de electione, lib. 6. Vide posita ad cap. 1. num. 3. distinct. 47.

2 **In textu, ibi, Ordinandos.**
 Ponderat Gama de Sacramentis praefat. iis, quæst. 5. num. 18. & per illum controvexit, utrum condemnatus ad mortem, qui forsitan effracto carcere aufugit, possit ad sacros ordines promovere, negative resolvens, quia per sententiam latam contra taliter condemnatum de aliquo gravi criminis notorium efficitur crimen, iuxta cap. final. de cohabitatione clericorum, l. Emptorem, ff. de actionibus empi, & propter crimina notoria, si gravia sint, non potest quis ad sacros ordines ascendere, ut probat textus noster in presenti, cui similis in cap. Quasitum, de temporibus ordinacionum, fatetur tamen, quod in iure non reperitur expressè prohibitum, ut ad mortem condemnatus ordinari non possit.

3 **Ad finem textus, ibi, Crimen.**
 Crimen dicitur omnis operatio mala, quæ potest accusari, & puniri criminaliter, in hoc seculo, ut ex nostro textu docet Maranta disput. 5. num. 18. adducens Glossam in regula peccatum, de regulis iuris, lib. 6. & Felin. in cap. Testimonium, 54. coh. 3. de testibus.

4 **In Glossa, verbo, Ex damnatione, ibi, Alij dicunt.** Quod nunquam deponi debet, nisi expressum sit, cum igitur in iure non sit expressum, quæ delicta gravia dicantur ad effectum deponendi clericum, ex communis sententia totum relinquendum est iudicis arbitrio, qui attendere debet ad casus similes iure expressos, in quibus sacri Canones huiusmodi depositionis pœnam imponunt, argumento textus in cap. de causis, de officio delegati, ex

alijs resolvit Menoch. de arbitrat. casu 266. num 6. quæ sententia in praxi recepta, potest defendi in depositione verbali, quam Doctores terminam pœnæ appellant, ita ut usq; ad eam possit index arbitrii, secus in depositione actuali, quæ non debet imponi, nisi in casibus iure expressis, iuxta hanc Glossam, & Glasam in summa, 16. quæst. 8. & vide omnino Covar. 2. resolutionem, cap. 20. num. 7. Decianam responso 72. num. 6. vol. 3. post alios Petes lib. 5. Ordinamenti, uit. 1. Glossa 5. pagin. 31. Vide posita ad cap. Frauentatis, 7. numer. 2. distinct. 34.

CAP. Nemo. II.

S U M M A R I V M.

- 1 Non verbis, sed operibus credendū est.
- 2 Nemo, idem, quod nullus homo.

In textu. Docet Papa Symachus, quod non verbis, sed operibus credendū est, ut colligitur ex Ioan. cap. 10. ubi Christus Messiam se esse, regem & totius orbis minimè iactabat verbis, sed indicabat operibus. Egregium hoc est christiano documentum, ut Lydius lapis, quale sit aurum, sic opera ostendunt qualis sit homo; prosequitur late Barradas tom. 3. concordia Evangelistarum, lib. 4. cap. 19. §. At Christus.

In textu, ibi, Nemo. Verbum est negativum, & sonat, quasi non homo, vel nullus homo; nullum ergo demittit quin comprehendat isto signo universali, cap. Nemo, 15. de electione, lib. 6. & ibi notavit Archidiacon. in principio. Joannes Andr. Philippus Francus, & Antonius de Burio nu. 1. Geminianus num. 3. Nemo idest nullus, solus 1. Item si unus, §. Si plures, ff. recepiis arbitris. Est etiā negativum §. Cervos quoq; principium institutis, de rerum divisione.

CAP. Tantis Daniel. III.

S U M M A R I V M.

- 1 Accusatus de crimen non est honorandus, & num. 2. & 3.
- 4 Quod limitabis nisi accusatio fiat per fraudem.
- 5 Vel nisi fiat delicti crimen, vel post clausum annum.
- 6 Ratione conexitatis res inter alios ultra per iudicat.

IN textu.

IN textu. Collige ex textu accusatum, vel enuntiatum de crimine, non esse ad honores publicos promovendi dūt notat. *Glossa* 2. in *præsentis*, *Glossa*, & *DD.* in *cap. Omnipotens*, de *accusationibus*. *Glos.* post *principium*, in *capitulo de testibus*. *Roman singular.* q. 43. additio ad *Bart. int. I. C. de reis postulatis*, lib. 10. *Felin.* in *cap. Eum reis de rescriptis*, num. 15. post *alios*. *Coyar.* lib. 1. *resolut.* cap. 16. num. 11. *reis.* q. & *lib. 2.* cap. 8. num. 4. in *principio*, idem probat dict. l. 1. l. *Reus*, 7. in *princip. ff. de munieribus*, quod procedit sive ecclesiastieq. sunt dignitates (ut hic) sive celiam seculares, ut in dicta *l. Reus*, & dict. l. 1. cuius prohibitionis ea ratio fuisse videtur, quia licet lex definiere non præsumat huiusmodi reum commissum crimen, de quo defertur *cap. ult.* in fine, f. 5. q. ult. nihilominus, quia per item res dubia efficitur, l. *Quod debetur*, 52. *ff. de peculio*, l. *Nemo*, 10. *C. acquirendu posse*, dubitat, & putat possibile: unde ne contingat eundem reum criminis existere, & consequenter indignum ad honores, & dignitates admitti, quæ per publicam potestatem in bonum commune, velut virtutis præmia, non nisi bonis, & idoneis deferri debent, satis prudenter agens, ut præcaveat, & occurrat malis, quæ tunc præsumptione quadam suppositiva.

Quæ *resolutio* procedit in quibusvis honoribus, & dignitatibus, quæ iure, vel consuetudine in republica tales reputantur, ut colligatur ex generalibus verbis, dict. l. *Reus*, & dict. l. 1. sic non potest reus accusatione pendente ad ordines promoveri, ut pbat *textus in præsenti*, & in l. *cap. ult. de testibus*, ubi *Glossa* 1. sic nec nomen militiae dare, ut honorabilis miles efficiatur, l. *Qui status*, 8. & l. ult. *ff. re militari*, sic etiam, quia testimonium deferre, in causa criminali honorem præ se fert, & ad fidem, & integratatem personæ testificantis spectat, *cap. Preceptum*, 52. q. 5. ibi. *Generosa dignitatis testimopium*, notant *Glossa* 2. & *DD.* in *cap. Testimonium*, 54. de *testibus*, post *alios* *Mascard.* de *probation.* vol. 3. *conclus.* 1356. num. 16. & sequentib. non potest reus de criminis delatus, in causa criminali, præterquam in exceptis testimonium ferre, l. *In testimonium*, 20. *ff. de testibus*, dict. *cap. ult. eodem tit.* explicant ultra *DD.* illic *Rebus.* de *reprobatione testium*, num. 27. *Palatius in repetitione*, *cap. Per vestras*, notabili 3. §. 10. num. 5. Idem in similibus observant *Abb.* & *DD.* in dict. *cap. Omnipotens*, de *accusationibus*, communis in l. *reum*, per *textum ibi*, *C. de procuratibus*.

Amplia omnia supra dicta procedere, ita ut promocio, electio, vel assecutio novi honoris seu dignitatis, vixi non habeat, nec convalescat, quantumcumque postea, per definitivam sententiam absolvatur, & innoxens appareat, is qui reus postulatus accusatione pendente promovitus, novos honores fuerat assecutus, l. *Qui de li-*

bentate, 29. *vers.* Et licet, *ff. liberali causa*, *Glossa* 2. in *præsenti*, quam dicit singularē *Salzed.* in *prædicta criminali*, cap. 20. num. 3. adducens l. *Castella*, 23. & 24. tit. 6. *parisi.* 1. & ibi *Gregor.* *Lop.* *Ioannes Andr.* *Anton.* *mol.* *Anania Felin.* num. 3. *communis ex Arelino* 9. 8. & *Berous* in *dicti cap. Omnipotens*, de *accusationibus*, num. 5. & suadetur quia, huiusmodi promotione, collatio, & assecutio honorum, accusatione pendente fit contra constitutiones, & leges specialiter, & circete prohibentes, dict. l. *Reus*, ibi. *Principalibus constitutionibus prohibetur*, dict. l. 1. *C. de reis postulatis*, ac subinde non valer ipso iure, iuxta l. *Non dubitum*, *C. de leibus*, *regulam* que contra ius, lib. 6. obicitur. *Atezinus* dict. num. 8. & *Felin.* qualvis sub dubio num. 4. in dict. *cap. Omnipotens*, contra *Caderinam*, & alios, quos citat.

Limitabis tamen predicta non procedere, ubi saltem ex conjecturis constat accusationē fieri, & rem deferti per fraudem, & calumniam, ut is honoris, aut dignitates alicui qui non valeat, tunc enim ac si nulla pendeat accusatio limitandus est *textus in l. Se de libertate*, 29. vers. *Quia vero*, *ff. liberali causa*, *Arelinus* num. 7. & post *Goffredum Felin.* num. 3. & alij, in d. *cap. Omnipotens*, *Picrossi*, in *præsenti*, num. 3. *Navarr.* *consil.* 3. num. 7. *vers.* 4. de *accusationibus*. *Aufierius de testibus*, num. 2. sic limitantes regulam nostram *textus in præsenti*, & dict. *cap. Omnipotens*, & dict. *cap. ult. de testibus*, licet contradicat *Berous* in dict. *cap. Omnipotens*, num. 4. intendens communem non probari in dict. *vers.* *Quia vero*, quam tamen sat is suadet regula *cap. Sedes*, 15. ibi. *Eorum malitijs obviare*, & ibi. *Fraus*, & *dolus de rescriptis cum vulgaribus*, *textus in l. Atletha*, 8. §. 1. *vers.* *Amplius*, *ff. excusationibus tutorum*, ibi si videatur hoc non calumniae causa, *cap. 2.* ubi *DD. de renuntiatione*, lib. 6. l. 1. §. penult. *vers.* *Cum quis*, ibi. *Pleriq.* ubi *Hypopolius*, *ff. do questionibus*, & l. *In summa*, 65. *vers.* *Sin autem*, *ff. conditione indebiti*, per quæ repertum est, item quæ per fraudem, & calumniam morvetur non attendi quoad iuris *ff. etum*, & sic non efficere rem, de qua agitur litigiosam, nec impedire quomodo eadem alienari valeat p inde, ac si lis nulla penderet. *Rota antiqua* 2. de *rerum permutatione*, in fin. *Francus* num. 1. & 5. ubi alij, in *cap. 1.* ut *lite pendente*, lib. 6. *Cassador.* *decis.* 7. de *dolo*, & *contumacia*, num. 1. & *decis.* 5. num. 3. ut *lite pendente*. *Puteus* lib. 2. *decis.* 245. & sic debet explicari *textus in cap. Meminimus*, de *accusationibus*.

Limitabis insuper procedere supradicta tam in eo, qui de gravi criminis reus postulatus, vel delatus est, ut pribap *textus nosler dictum* *cap. Meminimus*, ibi. *De quo tanta*, & *talia*. *Navarr.* *di consil.* 3. num. 11. quinimodo requirit delationem criminis capitulis, ut colligitur ex l. *Libertas*, 17. ad finem, *vers.* *In quæstionibus*, & l. *Lucius*, 21. §. penultim. *ff. ad municipalem*.

Quæ autem sunt, & unde dicantur capitalia criminaria, & capitales pœnæ, explicat l. 2. ff. publicis iudicij, l. 2. l. capitalium, ff. de panis l. licet capitalis 103. ubi late Rebiff. ff. de verb. significatione. Limitabitis rursus nostru textū procedere, & tacummodo habere locū intra annū ab accusatione, nam eo clapsō potest reus novos honores assequi, nisi per eum steterit, quominus intra annū finiatur causa, tradit *Glossa* 2. in presenti, dicta l. reus post principium ubi *Glossa* & DD. *Glossa* 2. in dicta l. 1. C. reis postulatis intendit d. l. Lucius, §. pen. vers. idem, ff. ad municipalem.

6 In textu, ibi, Sociabitur. Licet enim res inter alios acte alijs non præjudicent l. ult. ff. de iudicij, cap. cum super, & cap. pen. de re iudicata, hoc tamen nō procedit ratione connexitatis, ut ex nostro textū deducit *Glossa* in principio in dicto cap. penalt. cap. hec quippe 3. questione 6. cap. ad petitionem & ibi *Glossa*, verbo, per consequentiā, de accusationibus, caput. dilectus in 2. de simonia, ubi *Glossa* notabilis verbo, dantes, ex qua discere poteris, quomodo, & qualiter hoc procedat; post alios Tiraq. in tractatu res inter alios numer. 58. limitatione, 22. qui nostri textus meminit.

CAP. Si qui sine. IV.

SUMMARY.

1 Ordinatus quin præcedat inquisitio, & examen, quamvis dignus, est depo-
nendus si sit ignotus.

2 Dictio, Postea, quid significet?

3 Dispensatio cōtra ius commune ab Epis-
copo facta nō valet si non præcedit
causa cognitio?

4 Vtrum Episcopus possit dispensare sine
consensu capituli?

I N textu. Collige ex textu quod si quis nullo præmisso examine, nullaque præhabita inquisitione fuerit ordinatus, deponendus est, quamvis dignus, si tamē ignotus fuerit. *Silvester*, verbo, *Ordo* 2. num. 2. Verū si cognitus sed inhabilis extiterit, etiā si impedimentū noverit ordinans, nec disp̄saverit ex presso, ut post *Astansem* & *Henriq* tradit *Capitul.* diversarum iuris canonici rubrica 3. numer. 6. qui nostri textus meminit. Adde posita ad cap. nullus, numer. 1. & ad cap. ultimum numer. 5. distinctione 24.

In textu, ibi, Postea. Quæ dictio de sui natura significat intervallum. Iason. per textum ibi in *Liber genitum*, §. quin imd u. 8. ff. de pactis Tiraq in l. si unq verbo, postea C. de revocandis donationibus. Decim. in l. in bona fide n. 10. per eum textum C. de pactis. *Glossa* lib. 1. variarum cap. 14. numer. 1. Interdum denotat modicum intervallum. *Glossa*, & *Bart.* in l. ab hebribus, ff. ex quibus causis maiores Iason in l. fructus. n. 60 ff. soluto maius. Tiraq. ubi supra n. 6. Interdum denotat magnum intervallum. *Bart.* in d. l. fructus, numer. 9. ff. soluto maius. ubi Iason. n. 6. Idem Iason. n. 6. non hoc numer. 15. limitatione 9. Cod. unde videlicet utroque Cenedo singulari 82. a sionis didicioribz

In Glossa 1. vers. item quid ibi, non est ei credendum, &c. Nota ex *Glossa* quod licet episcopus cōtra sua propriam constitutionem synodalem possit dispensare, & aliquid faciens cum persona inhabili prædictam constitutionem ipso facto censetur dispensare, nihilominus tamen dispensatio supra ius cōmune ab eo facta, in casibus in quibus potest, non aliter firma erit, nisi præcedente cause cognitione, etiam si dicat se ex certa scientia dispensare, ita deducitur ex *Glossa* hac cui similis in cap. ult. 51. dist. in *Glossa* 2. & *Glossa* ultim. in cap. 1. de aitate & qualitate, ubi DD. communiter ex *Navar.* in *Manuali* praludio 9. in fine n. 13. & in codem *Manuali* cap. 15. nu. 74.

In eadem Glossa ad finem. Controvexit *Glossa* utrum episcopus possit dispensare sine consensu capituli, de quo vide posita ad cap. ex panitentibus, 55. numer. 2. supra distinctione 50.

CAP. Quicumque. V.

SUMMARY.

1 Azevedo nostri textus meminit?
2 Quando ex contemptu quis peccet?
3 Quando peccans ex contemptu debeat deponi?

I N textu. Cuius meminit *Azevedo* lib. 2. ordinamenti tit. 16. l. 23. num. 1. ante finem.

In textu, ibi, Vel ex contemptu. Tunc enim aliquis transgreditur leges ex contemptu, quando voluntas eius renuit subiecti ordinationi legis, vel regulæ, secus autē propter aliquam particularē causam, velut si prop-

ter cōcupiscentiam, vel iram, inducatur ad aliquid faciendum contra statuta legis, vel regule, quia tunc non peccat ex contemptu, sed ex alia causa, ut post August. D. Thomam advertunt Archidiacon. & Prepositus in praesenti Turicrew. in presenti. Idem Archidiacon in cap. I. de appellationibus, num. 7. Cardinal in Clement. I. de sepulchris num. I. Imola in cap. I. in fine de constitutionibus num. 22.

In textu, ibi, Deponatur. Quādo transgrediens canonem ex contemptu possit depoñi, vide per Ioannem de Imol. in Clementina I. de state, & qualitate num. 11.

CAP. Maximianus. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Petrus Crespetius nostri textus meminit.
- 2 Querela dicitur quando causa defertur ad iudicem absque appellatione.
- 3 Laici non admittuntur ad accusandum clericos.
- 4 Clericus an propter fornicationem deponatur.

In textu, ibi, Filios proceasse.

Vide latissimē Petrum Crespetium in summa ecclesiastica, verbo, calibatus col. 3. in principio, fol. 193. qui nostri textus meminīt; & multa ad illum conducentia ex varijs concilijs, & patribus congerit.

In Glossa, verbo, Querelam.

Igitur querela quandoque dicitur crimina lis accusatio. Corserus in singul. verbo, Querelā I. qui nostrā Glossam dicit singularem. Felin. inc. de iure iudicio, n. 10. quærelā n. 9. aliás 10. qui eā peregrina appellat. Licet propriè querela dicatur, quoties causa defertur ad iudicē sine appellatione. Glossa Abb. & alij in c. querelam de procuratoribus Corserus ubi proximè. Quādoq; etiā dicitur ipsa met appellatio Glossa pen. in l. 3. C. quomodo, & quādo iudex, post alios Covar. practicarum o. 9. nu. 2. post medium, qui nostræ Glossæ meminere.

In eadē Glossa, ibi, Patronus.

Licet enim laici non admittantur ad denuntiandum, vel ad accusandum clericos, cap. cum P. Manconela de accusationibus, poterit tamen patronus, vel parochianus prælatum de dilapidatione acculare, tunc sua inter est, sequitur Regulus de iure patrenatus, verbo, onerosum, num. 19. 29.

In Glossa, verbo, Removeatur. 4

Controvertit Glossa, utrum propter simplicem fornicationem clericus deponatur, de quo vide Perez lib. I. ordinamenti tit. 3. l. 23. Glossa I. pagina 104. col. 2. ante finem. & lib. 8. tit. 19. l. 23. Glossa I. pag. 377. col. 2. vers. uirum autem ubi dicit hanc Glossam communem, & affimat, quod nec propter incestum, nec propter adulterium clericus deponitur. Azevedo lib. 8. nota recopilationis tit. 19. l. 1. num. 108. ubi dicit magis communem, qui videndus est deinceps tradit enim hodiernam practicam idem Azevedo lib. 8. tit. 20. l. 7. num. 21. & disputat Cevallos communes contra communes quest. 262. Ialè Quenæ regulæ 101. Bernard in pract. cap. 78. per totum Covar. de sponsalibus 2. part. cap. 6. §. 8. vñ. 3. qui omnes nostre Glossæ meminere, & vide posita ad cap. presbyter numer. I. infra bag eadem distinctione.

CAP. Sacerdos. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Eugenius Primus quis fuerit?
- 2 Clericus depositus in monasterium debet de rudi ubi peccata lugeat.

In superscriptione, ibi, Eugenij.

Forsan fuit nomine primus, qui patria Romanus, patreque Rufiniano, e Celio monte magnam laude comparavit, eo quod ab incunabulis fore ecclesiasticis muneribus macipatus, per gradus singulos maioribus in virtute progressibus concendiisset, maximamque sibi & inde populi conciliavit benevolentia, quod erga pauperes semper munificentissimus extitisset; loco Martini primi, tunc in exiliū acti delectus est, ut ecclesiæ præfasset vicaria præfectura, dum ille viveret anno Domini 652, nona Augusti, ut per Baronium tom. 8. Annalum pag. 437. ubi autem de Martini morte certum nuntium Romani delatum est, accedente tursum omnium consensu, semel antea lato, legitime sedere cepit anno Domini 654. & creatis per diversa loca 22. episcopis, nullā alia facta clerici ordinatione, moritur Romæ die 2. Junij, anno Domini 655. cum legitimè sedisset sex tantum menses, & dies 23. ut per Baron. pagin. 447.

In textu. Collige ex illo, quod episcopus debet assignare clericō, quem deponit, monasterium ubi peccata lugat, & illa ulterius non committat, ut ex nostro

textu, & antiquis illis, ac venerandis patribus trahit Bernard. in pract. crimin. cap. 136. nū. 1. sed iam ab usu hoc recessisse advertit ibidem, ex eo quia monasteria iam sunt ab episcoporum iurisdictione exempta, unde textus in cap. Sicut dignam, §. Clericos de homicidio, addit. conditiones, si fieri posset, quasi de possibilitate dubitans, de quo vide etiam Iulianum Clarum in practica criminal. §. final. quest. 70. num. 6.

C A P. Dictum. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Propter negligentiam potest quis deponi.
- 2 Percutiens clericum depositum, an maneat excommunicatus?

IN principio textus, ibi, Proprietary negligentiam. Quia circa cuncti animarum negligentia peccatum mortale inducit, ut ex nostro textu notat Paul. Fusch. de visitat. lib. 1. cap. 4. nū. 23. Imò ex negligentia potest quis deponi, advercit Glossa 1. in praesentis, Greg. Lop. pars. iii. 1. tit. 5. l. 48. Glossa 8. & 159. Glossa 4. & tit. 6. l. 61. Glossa 4. & tit. 7. l. 16. Glossa 4. quibus in locis nostri textus meminit. Glossa, verbo, desideria, in cap. Si custos, 27. q. 1. Abb. in cap. Nihil. 44. de electione, nū. 3. Hodiens. in summ. tit. de supplenda negligentia praetor. §. Quam pœnam, nū. 5. & 6.

2 In Glossa final. post principia, ibi, Vnde. Vult Glossa, quod percutiens clericum depositum sit excommunicatus, de quo est videndus Hippolitus singal. 107. & 179. latissime Petres ad l. 1. tit. 3. lib. 2. Ordinam. verf. Procedit etiam. Gamma de Sacramentis præstandis, q. 1. num. 21. Tizaquiel. causa cessante, limit. 15. num. 4. Felic. in cap. Confinigt, 1. num. 5. in fine, de sententia excommunicationis, Duænas regula 99. num. 4. & vide posita ad cap. Accedens, 1. num. 4. supra, dist. 50.

C A P. Valet. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Mutatio loci facit mutari mentis affectum, ibi, cito.
- 2 Mutatio loci conductit ad salutem animas.
- 3 Dicte, plerunq; quid significet?

IN textu. Collige ex illo, quod mutatione loci facit mutare mentis affectum; notavit Paul. Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 15. num. 51. ad finem. Greg. Lop. pars. 2. tit. 23. l. 7. Glossa 1. in fine; congruum est ergo inde corporaliter avelli, ubi quis illecebris defervivit: prosequitur eleganter Tizaquiel. l. 16. coniugal. num. 55. Alciatus de presumptionibus, regula 2. presumptione 16. num. 3.

In textu, ibi, Pro anima & salute.

Ponderat Comitulus lib. 1. responso. quest. 140. nū. 1. vers. Deinde adducens illum ad questionem, an quando uxor à viro suo ad flagium impellitur, licitum sit illi à viro propria auctoritate discedere? Conducunt qua tradit Salzed. in præxi. cap. 134. nū. 1. post medium, qui triam nostri textus meminit.

In textu, ibi, Plerunq; de sui natura importat regulam, importat quandoq; idē,

quod semper. Castillo consil. 36. num. 31. quem refert, & sequitur Cardinal. Tusch. tom. 2. littera D. conclusione 332.

C A P. Si quis clericus. X.

S V M M A R I V M.

1 Desumptum fuit hoc cap. Ex Concilio Aurelianensi 3.

2 Clericus confessus, aut cōvictus de adulterio privatur ab officio, & beneficio.

3 An hoc procedat si clericus putabat mulierem esse solutam?

Desumptum fuit hoc cap. Ex Concilio 3. Aurelianensi, quod celebratum fuit temporibus Vigili Papæ, circa annum Domini 540. & anno 26. Chilberti Francorum regis, iuxta computationem Baroni. tom. 7. Annal. anno 540. pagin. 7. Fuit Concilium hoc nobile ob sanctos episcopos, qui eidem interfuerunt, sive per vicarios, nū. 25; iuxta eundem Baron. qui aliqua de cœtra notabilia eiusdem Concilij, & auctorum à quibus condita fuerunt, pietatem, & fidei integratatem redolentia ibidem adducit. Fuit etiam hoc tempus notabile, ob extictionem, vel suppressionem amplissimæ dignitatis consularis, que imperio Romano ultra mille annos duraverat. Primi enim consules post electos feuges fuerunt Lucius, Junius, Brutus, & Lucius Tarquinus, Collatinus Eutectico maritus, iuxta annum 244. ab Urbe condita, postremi vero Iustinus Imperator, & Paulinus Junior.

Junior, qui hoc eodem tempore quo celebratum est hoc concilium, consulatum gessere, nam quanvis in anno sequenti nominetur consul Basilius. Junior, forma regiminis iam erat omnino sublata, cū ipse consul fuerit sine collega, nec post eum aliqui cōsules nominentur, ut notat Barolius anno 541. in principio.

In textu. Notabis ex illo, quod clericus convictus de adulterio, aut illud confessus, depōnitur ab omni officio, & beneficio privatur, & in monasteriū detruditur, ut ibi toto vitæ suæ tempore penitentiam agat, ut tenet Glossa 1. in cap. lator 2. q. 7. quam ibi sequitur Archidiaconus, & post Hostiensem Ioānum Andream Abb. & alios comprobant latē Decianus in tractatu criminali lib. 6. cap. 23. numer. 14. in principio. Bernardus in praxi capit. 83. num. 2. & latilis in cap. 85. num. 2. & sequentibus, Greg. Lopez partita 1. titulo 6. l. 42. Glossa 2. Iulius Clarus lib. 5. sententiarum, §. Adulterium, num. 7. Covas de sponsalibus part. 2. cap. 7. §. 7. num. 19. Dueñas regula 101. vers. limita 2. latē Menochius, de arbitrijs casu 419. num. 60. quod maxime procedit, quando clericus de eo crimine accusatur; nam si non accusetur, episcopus remittere aliquid potest de iuris rigore, ut affirmat cōmuniſ DD. sententia, quam post supradictos, refert. & sequitur Pater Molina de iustitia cōmunitativa, tractātu 3. disput. 98. num. 1. Infamiam etiam incurrit clericus pro adulterio, si fuerit condemnatus, sicut pro quocumque alio crimine Bernardus ibi proxime num. 4. Decianus dicto num. 14. §. Eſſicur. Molina dicto numer. 1. post principium qui disputant, an episcopus illum restituere possit ad pristinum statum.

Dubitatur tamen, an clericus qui cognovit mulierem, quam putabat solutam, cum esset matrimonio coniuncta, excusat à pēna? Et dicendum quod non, quanvis enim fuisse soluta, incurreret rei sibi illicite, & puniēd̄. ut post Bartian h̄ si adulterium cum incestu, ff. de adulterijs tradit Decianus dicto num. 14. vers. si quid, & ex Paulo Grelando docet Bernardus dicto cap. 85. numer. 5. Sed propter talē ignorantiam minuēd̄ se faret pēna, ut supra citati benē explicant.

C A P. Romanus. XI.

S V M M A R I V M.

- 1 Nostri textus meminit Greg. Lopez?
- 2 Panomia textum nostrum aliter refert?
- 3 Ratione delicti sortitur quis forum.

4 Delinquens non potest accusari in loco delicti nisi ibidem inveniatur?

I N textu. Cuius meminit Greg. Lopez, & eius materia prosequitur, pars 1. tit. 6. l. 42. Glossa 2.

In fine textus, ibi, Ex nostra iussione. Ex vestra iussione dicebat Pablo mita seu decretum Iunonis lib. 3. cap. 144.

In Glossa, ibi, Commiserat.

Quia ratione delicti sortitur quis forum, cap. postulasti, cap. ultimum de foro competenti, cap. 1. de captoribus, cap. 1. de privilegijs in 6. Clementina pastoralis de re iudicata Trident. sess. 7. de reformatione, cap. 14. l. si cui, §. ultimo, & l. ultima, ff. accusationibus, l. 1. & authenticā qua in provincia Cod. ubi de crimen agi potest. Est autē locus delicti ille in quo crimen perfectum est, & consummatū citra dubium, sed si in alio loco delictum est inchoatum, in alio perfectum, in utroque forus delicti contrahitur, prout si in aliquo territorio percussit, in alio verō occidit, ut cū cōmuni resolvit Abb. in cap. ultimo de foro competenti, n. 25. Sicut in dicto cap. postulasti, num. 5. Bosius in practica iulio de foro competenti à numer. 59. Iulius Clarus in practica quastione 38. à num. 9. pro quibus est textus in l. 1. C. ubi de crimen agi oportet, dum inquit, quæstiones criminum iudicandas esse in loco ubi crimina perpetrata sunt, vel inchoata.

Delinquens verō non potest accusari in loco delicti, nisi ibidem inveniatur Antonius in cap. finali, num. 6. de foro competenti post Aretinum Filivum ibi, num. 8. in fine. Imola in Clementina pastoralis de re iudicata, num. 15. & ibi Cardinalis, num. 1. latē Gramaticus consilio 27. numer. 56. & sequenti Menochius consilio 2. num. 130. Decianus lib. 4. cap. 16. num. 12. Vel nisi de more remittatur Clementina pastoralis, §. Verum de re iudicata Barb. numer. 5. in l. habet absens, §. Proinde in articulo de foro delicti. Imola in dicta Clementina numer. 64. Cardinalis vers. denique num. 12. & inter ecclesiasticos sic etiam remissio ut per Barbosam, numer. 134. quia omnes subsunt uni principi.

C A P. Presbyter. XII.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus non deponitur propter fornicationem.

- 2 Propter periorium privatum clericis ab officio, & beneficio?

3 Clericus in furto captus deponitur.

4 Propter homicidium deponitur clericus, & an veniat beneficio privatus?

In textu, ibi, In fornicatione.

I De quo peccato latē agit. *Bernard. in praxi e.*
78. ubi affirmat, quod pro fornicatione nō
imponitur clericis depositionis pæna: idē
tenet Menchaca lib. 3. de testamentis, §. 22. n. 48. se-
quitur Greg Lopez part. 1, int. 6. l. 38. verbo, tolleret
el beneficio. Decius in cap. ut si clericis de iudicijs num.
36. affirmat esse communem sententiam Feli-
xius ibidem nūncl. 14. Clarus lib. 5. sententiārum, §.
Fornicatio vers. sed quæro de quo etiam vide po-
lita ad cap. Maximianus supra num. 4. bac eadem dist. 3
& ad hunc textum potest responderi, quod
per temporis cursum, eius rigor temperatus
fuit, ut etiam videmus, quod Beatus Sylvester
modificavit canones Apostolorum in cap. pres-
byter distinctione. 82.

2 In textu, ibi, Periurio. Propter
periuriū

potesl quis deponi ab ordine, & beneficio ut
notat Abb. in c. querelam notabili 2. de iure iurando n.
1. & in capite cum non ab homine de iudicijs notabili q.
nu.4. laté Barnardus in praxi cap.92. num.1. ubi Sal-
zedo littera A. Multa adducit Pater Suarius tomo 2. de
religione lib. 3. de iuramento cap. 19. num.21. qui uter
que nostri texius meminere. Quam conclusionem
intellige de proprio, & vero periusio, nempe
de assertorio, in quo veritas non datur, & in
alicuius iniuriam seu præiudicium factū fuit.
Vel intellige de periusio promissorio, quod in
re gravi fuit violatum. Ita Covar. in cap. Quanvis
pactum, de pactis, lib. 6. part. 1. §. 7. num. 3. Clar. §.
Periurium, num.4. Perez l.1. tit.4. lib.3.ordin pagin.
546. Azeved.l.1. numer.79.tit.17. lib.8. nova recopit.
Menoch. de arbitr. casu 319. Sayr. in clavi regia lib.
5. cap. 9 num. 7. cum sequentibus. Flamin. de resig-
nat. lib.4. quest. 3. num.10. Azor inst. mor. part. 1. lib.
11. cap. 12. quest. 10 & part. 2. lib. 7. cap. 18. Non ve-
rò nostram intelligas conclusionem de periu-
rio, & secundum quid, quando scilicet aliquis
temerariè turpiter, & iniquè iurat. Ita Selva de
benef. part.3. quest.2. num.6. Ripa in cap.2. num.11. de
rescriptis. Covar. in cap. Quanvis pactum part.1. §.6.
num 4. Hinc fit, ut assertant gravissimi docto-
res, signaturam non dare pro periusio priva-
tionem beneficiorum, nisi periurium sit iudi-
ciale. Ita Farin. in praxi crimin. part.5. question. 16.
numer. 191. Staphil. de litteris gratie, titul. de va-
rijs modis vacationis, §. Quando quis veniat privandus
beneficio, num.8. Rebussus de pacificis possef. num. 268.

alias 221. M. i. i. de irregular. lib. 5. cap. 33. n. 2. Nicol.
Garcia de b. p. 11. cap. 10. num. 168. Quibus
addit Farin. citatus, clericum periculum in iura
mento judiciali, privari beneficiis non ipso iu-
re, sed per sententiam esse privandum. Casu
in consuetud. Burgund. fol. 347. num. 33. Azor. d. capi.
12. questione 9. Sayr. dicto cap. 9. n. 8. & Garcia mui.
num. 197.

In textu, ibi, Furto. Igitur clericus
in furto capillus

in furoto captus
deponitur, ut ex nostro textu tradit Bernardus
in praxi cap. 90. quam penam innovavit Iustus
eius III. in cap. tua de paenit. ubi censuit clericos in
latrocinijs deprehensorum, degradatos a suis or-
dinibus in arctum monasterium detrudi, Mois-
eus de irregularitate lib. 5. cap. 28. num. 1. Foletrius in
practica criminali in verbo, vel furtum, cap. 21. num. 2.
Latissime Farinacius quæst. 167. numer. 9. & fraguo-
torum criminalium part. 1. verbo, clericus, num. 316.
& sequentibus, quod tamen limitat num. 313.
Si furtum sit parvum, quia tunc clericus non
incurret penas supra dictas quod antea dixer-
at Salzedo in additionibus ad Bernardum d. 159.
90. littera A.

In textu, ibi, Homicidio.

Collige ex canone Apostolorum clericum hominem idam depoñendum esse, committitur autem homicidiū multis modis ut notat Glossa magistra verbo, consilium in cap. sicut dignum, §. Clericos de homicidio. Bernardus in praxi cap. 94. num. 1. qui nostri textus meminit, & numer. 2. docet clericum beneficio esse per sententiam privandum quia homicida non est beneficio ipso iure privatus, Innocentius in cap. cum nostris de cessione præbenda sequitur Baldus in l. eum fratrem Cod. de his quibus ut indiget, n. 6. quam opinionem dicit communio Felinus in cap. inquisitionis 10. Iunina 1. num. 3. de accusationibus, Navarr. in Manaria, cap. 27. num. 249. & in cap. si quando exceptione 9. de rescriptis, Alciatus in cap. cum non ab homine num. 16. de iudicijs Covar. in Clementina si furiosus 2. pars. §. 3. num. 5. de homicidio plures refert Salzedo in additione l. ad dict. cap. 94.

C A P. Si quis episcopus, XIII.

S V M M A R I V M.

- 2 Differentia inter fornicationem, & me-
chiam?
2 Clericus fornicarius non communicabis
cum alijs clericis?

In textu,

IN textu, ibi, Fornicatus, aut mæchatus. Et ita est differentia inter fornicationē, & mæchiam, quoniam mæchiae nomine propriè nō nisi adulterium intelligi solet, ut docet D. Augustinus in quæst. Deuteronomij, quæst. 37. cap. 23: & in Exodus quæst. 71: referunt in cap. mercenariis, 32. quæst. 4. quanvis interdum fornicatio dicatur, quæ est genus illiciti coitus, qui sit extra uxorem legitimam, specialiter tamen dicitur in usu viduarum meretricum, & concubinarum cap. lex illa, §. Sed non 36. quæst. 1. licet aliquando comprehendat adulterium, cap. plenumque de donationibus inter virum.

In textu, ibi, Inter laicos. Igitur non communicabit clericis, in choro, claustrō, monasterio, dormitorio, & refectorio, ut notat Archidiacon. in presenti, num. 1. Propositus in principio, Turrecremata ad finem, qui omnes dicunt textu habere locum etiā in clericis minorum ordinum, quod videtur, illius verbis repugnare, speciatim enim loquuntur de maioribus ordinibus, ut tenebat. Hugo.

CAP. Si Diaconus. XVI.

S U M M A R I V M.

- 1 Clericus depositus an possit in necessitate solemniter baptisare? & n. 2:
- 3 Dicitio, sub, quam significationem habeat?

IN fine textus, ibi, Baptisare.

Quod in casu necessitatis, licet, & conceditur cuilibet laico, unde Glossa penultima in presenti textum intelligit de baptismo solemnai, quia ubi deest sacerdos, iste talis depositus potest baptisare, & adhibere omnem solemnitatem, quæ ad solemnem baptismum desideratur, sive in benedicendo fontem, vel cereum, sive in ungendo, & alia similia, ut post Hugonem, tradit Turrecremata in presenti ad finem, nam in necessitate multa licent, quæ alias non liceret cap. 1. de ferijs, cap. 3. de celebratione missarum cap. finale de custodia Eucharistie. 2. Hanc tamen sententiam afferentem posse clericum depositū, in casu necessitatis solemniter baptisare, omnino falsam iudico. Quod colligo ex Suar. tomo 3. in tertiam partem disp. 31. secc. 5. §. Secundum caput, ubi affirmat, hominem ab ecclesia inter-

dum per excommunicationem, vel aliam censuram, graviter peccare, si baptismum solemniter administret; sed clericus depositus est vere ab ecclesia impeditus, ergo peccabit solemniter baptizando, & confirmatur quia nulla dati potest necessitas baptizandi solemniter, eum ad salutem non sit medium necessarium baptismus solemniter exhibitus sed sufficiat primitus. Idem colligo ex Sagro de censuris lib. 7. cap. 10. num. 4. Avila part. 7. disp. 9. dub. 14. Egydio Coninck quæst. 67. an. 1. dub. 3. qui omnes asserunt. Diaconum etiam urgente necessitate, solemniter baptisantem absque licentia superioris, episcopi, vel parochi, graviter peccare, ex eo quod prohibentis ecclesiæ præceptum transgrediatur; ergo etiam clericus depositus graviter peccabit, si in proposito casu faciat contra ecclesiæ prohibitionem.

In medium textus, ibi, Sub. 2

Quæ dictio importat subiectionem, licet quandoque hebeat significatus diversos, de quibus plenè agit Cornenus consilio, 187. num. 14. lib. 4. quem sequitur Tuscius tomo 2. littera. D. conclusione 380.

CAP. Si qui sunt. XV.

S U M M A R I V M.

- 1 Gregorius septimus quis fuerit?
- 2 Clericus publicè concubinarius an maneat suspensus?
- 3 Debet prælatis obedientia præstari?

IN superscriptione, ibi, Grego-

rius septimus. Hildebrandus antea vocatus, natione Hætruscus, patria Iconensis, patre Bonicio, vir in contemplationibus eximius, morumque sanctimoniam præclarus, fuit populi, & cleri acclimatione Pontifex electus anno Christi 1073. ut per Baronium tom. 11. Annalium pag. 417. littera A. Philippum Francorum regem statim admonuit ne largione corruptus Episcopatus, & beneficia per simoniacā cupiditatē alicui deinceps cōmittat; regni amissionē illi cōminans nisi à tā gravi scelere abstineat. Mulieres cōsanguineis nubentes dotalia instrumenta in pœna amittere statuit. In Urbe cōciliū indixit, & cōtra presbyteros, & clericos uxoratos decretum renovavit, schismaticorum insolentiam apud Vdonem Archiepiscopum Trevirem graviter incu-

incusavit, aliudque concilium Romæ celebrâs
Berengarium heresiam denuo lapsum ab
jurare coegit. Vratislaum Bohemiam ducem
increpauit quod cum excommunicatis com-
municabat, eademque licentiam officij divini
lingua Sclavonica dicendi negavit. Liberium
Papam in sanctorum album adscripsit, & in-
cendium circa ecclesiam sancti Petri ab Heno
rigo rege excitatum signo crucis extinxit,
resq; omnes ab eo gestæ divinitus cōprobātur.
Deniq; Salernū cōveniens ad dedicādā sancti
Matthœi ecclesiā ibi ex hac vita migravit die
Maij 24. anno Christi 1085. & in sanctorum
numerum relatus est ut per Baroniu[m] eodem tom.
II. annalium pag. 576. in fine litera E.

2. In textu. Inquit textus quod si clericus ita
sit publicè concubinarius, ut nub-
la tergiversatione possit suum crimen celare,
maneat ipso iure suspensus, quod etiam probat
cap. præter supra 32. distin. optimè Sylvester in sum-
ma, verbo, clericus 2. num. 4. vers. quaritur 2. Peres
lib. 1. ordinationum tit. 3. l. 23. fol. 104. vers. queri ta-
men potest; adde Suarrium tom. 5. de censoris disputat.
3t. sect. 4. num. 13. qui nostri textus meminere, &
vide posita ad cap. præter 32. distin. num. 3. & se-
quentibus, & Ferdinandum Paes in repetitione cap.
Mis. num. 196. & sequentibus, dicit etiam no-
strum textum notabilem Paul. Fusc. de visitatione
lib. I. cap. 31. num. 8.

3. In fine textus, ibi, Obedire cō-
temnit. Debemus igitur prælatis obediens,
ipsorumque mandata adimplere,
melior enim est obedientia, quam victimæ,
quia per victimas aliena caro, per obedientiam
verò propria voluntas mactatur: ipsa quidem
fidei meritum possidet, sine qua quisquis fide-
lis convincitur, & infidelis reputatur, ut pro-
bat. Divus Gregorius in moralibus lib. 35. cap. 13. ha-
betur, in cap. Sciendum 8. quest. 1. & totam hanc
materiam miracum pietate, & eruditione pro-
secutus est Divus Ignatius de Loiola in singulari-
lla epistola de obedientia, quam ad patres Societi-
atis suæ in Lusitanæ provincia commorantes
inscripsit. & quidem merito, sine obedientia
enim prælatorum dignitas contemnitur, ut di-
cit Glossa in summa 39. distinctione, olim namque
inhobediens superiori capite puniebatur, ut di-
cit Glossa 2. in cap. abh[ic] 11. questione 3. & in cap. 2.
de maioritate, & obedientia, facit, textus in l. 3. §.
in bello, ff. re militari prosequitur latè Palatius
de beneficijs in curia vacanib[us], §. 2. qui nostrum
textum refert.

Adeo enim Antiqui episcopi et clerici
iuncti

C A P. Si quis à modo. XVII.

S V M M A R I V M.

Bernardus Dias nostri textus memi-
nit.

2. Suspensiō an separe ab omni officio ec-
clesiastico?

I N textu. Quem citat Bernardus Dias in p[ro]p[ri]o
xi cap. 80. numer. 2. ad hoc quod
clericus qui de facto uxorem duxit, & cum ea
fornicatus fuit, deponi debet. De materia vide
etiam posita ad caput. erubescant. 32. distinctione
num. 2. & ad cap. decernimus num. 3. & ad caput. us-
bier, num. 2. supra distinctione 28.

In textu, ibi, Dum ad satisfa-
ctionem veniat. Controv[er]tunt DD.
per h[oc] textum, utru
suspensiō ab omni officio eccl[esi]astico sepa-
ret, de quo vide posita ad cap. presbyterum, num. 5.
& 6. supra distinctione 28. Adde Abbat. num. 8. in
cap. apostolice de exceptionibus. Glossam, verbo, ab
officio in cap. laiores de clericis excommunicato. Glossam
I. & ibi Archidiaconum num. 2. in cap. audivimus 24.
quest. 1. Glossam in cap. quia in tautum deputabendis
Glossam, verbo, à suspensiō, DD. remittuntur in cap.
cum dilectus de consuetudine.

C A P. Si quis sacerdotū. XVII.

S V M M A R I V M.

1. An suspensiō ab officio, à beneficio
etiam suspendatur? & num. 2.

3. Diclio, Ob, quid significet?

I N textu. Docet textus quod clericus,
qui ob fornicationem suspen-
ditur ab officio, debet etiam beneficio privati:
nam sicut ob contumaciam demittit officium,
ita etiam cogatur demittere beneficium, cel-
sante enim causa, cessat effectus. Ambar. in cap.
laiores num. 6. de clero excommunicato ministriant
Hastensis ibidem, verbo, ab officio, & Cardinalis num.
2. Glossa in c. ult. verbo, datur de rescriptis lib. 6. Glos-
sa in cap. 1. verbo, officiis de re indicata eodē lib. Glossa
in clementina capientes de penit. verbo, suspensiō col. 2.
vers. & quia supra posui, latè Tiraquel. causa cessante
part. prima num. 49. qui nostri textus meminuit.

Si ve-

Sēverō generaliter loquendum sit de quolibet
clerico ab officio suspenso, illud certius, ac
merius iudico: suspensum ab officio non esse
suspensum à beneficio, nisi id expressé decla-
retur. Ita Nauar. cons. 41. num. 2. sub tit. de homicid.
Perez lib. 1. vers. in oppositum tit. 1. lib. 5. ordin. pag. 3.
Sanches de matrimonio lib. 3. disp. 51. num. 12. Regi-
nald. in praxi fori penit. lib. 32. tract. 2. num. 10. cum
sequent.

Duo tamen veluti incidenter à me rogabis.
Primum, si episcopus dicat: *ego te suspendo ab officio, vel beneficio, manebit ne suspensus?* Respondeo in tali casu propter dubium à neutro mānere suspensum. Tiraquel. de iure primogen. quæst. 17. opin. 6. nū. 10. Henrīq. in summa lib. 13. cap. 22. §.
¶ in comment. littera E. Reginald. lib. 32. tract. 2. n. 21.
Secundum est, Vtrum suspensis ab officio possint beneficia conferri? Respondeo negativè,
& addo provisionem illis factam, esse omnino nullam. Corras. de beneficio part. 4. cap. 3. numer. 22.
Nāv. in man. cap. 25. num. 133. & conf. 10. de tempor.
ordin. Rivald. in candelab. tit. de suspensi. num. 139. Vgo-
lin. de censur. tab. 4. de suspensi. cap. 6. §. 7. numer. 4.
Azor. inst. mor. part. 2. lib. 6. cap. 7. quæstione 2. Lessius
de inst. lib. 2. cap. 34. num. 116. Sed Doctor Franciscus
Suarius tom. 5. de censur. disp. 26. sectione 3. numer. 8.
probabilius iudicat, electionem factam de ho-
mīne suspenso ab officio, non esse ipso iure ir-
ritam, sed per sententiam irritandam. Addit
præterea, suspensum ab officio nō esse inha-
bilem personam, sed solum prohibitam; &
idem dicit de suspenso à beneficio disp. 27. seccio.
1. num. 26.

3 In textu, ibi, Ob. Dictio, ob, significat idē quod propter, l. Naturaliter 13. ff. conditione indebiti, l. eadē lex 6. prope finem l. lex Iulia in §. ultimo, ff. ad l. Iuliam repetundarum, l. cum in fundo 81. in finalibus verbis, ff. iure dotium, l. pactum est duorum 3. ff. pollicitationibus. Significat etiam causam remotam ut per Batt., in l. non dubium num. 23. Cōd. de legibus.

CAP. Eos etiam. XVIII.

S Y M M A R I V M

I Nonnulla de urbe Medionali

2^o An clericus forniciarius suspensus ab officio; a beneficio etiam censeatur privatus?

IN superscriptione, ibi, Mediolanensi. Mediolanum urbs est metropolis Galliarum Cisalpinarum, populi mul-

titudine refertissima, quā adificaverunt Gal-
li. Intubres, & à nomine, relictū ab eis Mediolan-
ni ita appellata, ut tradit *Vellaterranus lib. 4. fol.*
viii. 29. *Ptolomeus* Mediolanum oppidum in
Gallia Lugdunensi recenset inter Ligorem, &
Secanam fluvios. De origine huius urbis scri-
bit *Livius lib. 5. de cœda 1.* fuit hæc urbs, & provin-
cia multis à Deo beneficijs ornata præcipue
quo ad Archiepiscopos eximias sanctitatis, ut
late commendat *Sandus cardinalis Carolus Borro-*
mus adorium parte 7. in litteris pastoralibus sol. 1056.
& sequentibus.

In textu. Collige ex hoc textu quod
clericus diabolo, & eius ope-
ribus serviens, dādo se fornicationi, sicut prop-
ter hoc se ab officio alienum facit, ita etiā ec-
clesia, ut indignum beneficio privatum indi-
cat, de quo vide latissimè *Peres lib. 5. ordin. in l. 1.*
tom. I. Glossa 5. pagin. 30. col. 2. vers. est etiam. Ho-
stiensis in cap. laiores de clero excommunicato mini-
strante, verbo, ab officio. Traq. causa cessante t. p. page
num. 49. qui nostri textus meminere. Vide etiā
posita ad cap. præcedens num. 1. Si tamen hoc loco
*inquiras. Vtrū clericus fornicarius à benefi-
cio suspensus, possit in alio loco beneficiū ha-
bere? Respondeo talem clericum posse alibi*
beneficiū habere, ut probat Vgolin. tab. 4. cap. 8;
§. 5. Suarez tom. 5. de censuris disput. 27. sectione 10
numer. 19.

CAP. Ministri. XIX.

S Y M M A R I V M

- 1 An hæc prohibitio extendatur ad clericos in minoribus?
 - 2 Subdiaconus continentiam non servans etiam cum propria uxore, ab omni altaris officio depeccellitur.
 - 3 Filius genitus post votum continetiae a parentibus emissum, illegitimus est.

IN textu. Controvertunt DD. per hunc
textum, utrum hæc prohibitio
extendatur etiam ad clericos minorum ordi-
num; Affirmativam partem sequitur Navay, in
summa moralis capi. 25. allegans Archidiocennum, &
Turrecremazam, eandem tuetur ex nostro textu,
& ex cap. vestra de cohabitatione clericorum. Divus
Antonius 3. part. titulo 27. cap. 3. Contrariā tamē
opinione merito defendit Suarius de censur. 10. 5.
disput. 31. sectione 4. num. 8. per nostrum textum
de quo

de quo textu etiam meminit Boerius de repub.
blica ecclesiastica pars. 2. cap. 1. vers. est igitur folio
mibi 378.

- 2 In textu post principium, ibi,
invadere cubile. Habet textus quod sub-
diaconus continentiam
non servans etiam cum propria uxore ab omni
altaris officio removeatur, potest tamen ex
superioris facultate in functionibus minorum
ordinum permitti his praesertim que extra al-
tare sunt de quo vide Suarium eodem tomo 5. &
disputas. 31. sectione 4. num. 8. ad finem.

- 3 In Glossa 1. ibi. Illigitimi erunt.
Docet Glossa in praesenti, quod si maritus, &
uxor ex utriusque consensu ad vitam monia-
lem transeant, & postea ex eorum congressu
filius nascatur, quod talis maneat illegitimus,
& bastardus, eam sequitur Risa in cap. inter cate-
ras, num. 12. de rescriptis. Romanus, qui eam dicit
singularem singul. 521. qui incepit maritus, exornat
etiam illam Rebussus in praxi beneficiorum 2. parte
titulo de dispensatione super defectu natalium num. 40.
Sed quid dicendum de filio, qui nascitur ex
coniugatis, viro scilicet ad sacros ordines pro-
moto, uxore cōsentiente, vel non contradicente,
enit ne legitimus, vel illegitimus? Vtraq; opini-
o est probabilis. Illegitimum credunt Hen-
riq. in sum. lib. 11. cap. 20. num. 1. Sylvest. verbo, illegi-
timus quæst. 4. Paleoth. de nothis, & spurijs cap. 10.
num. 4. Alexand. de Nervo in cap. sua 2. num. 9. de iu-
re. Legitimum vero esse fatentur Maiol. de
irregul. lib. 1. cap. 4. numer. 9. & alij cum Sanch. de
matrimonio lib. 9. disp. 38. num. 7. concl. ultima.

CA P. Clericos. XX.

S V M M A R I V M.

1 Presbyter frequenter ad fæminæ taber-
naculum non accedant?

2 Propter suspicionem magis damnatur,
occultè peccans quam palam?

3 In textu. Subet textus in praesenti quod
presbyter clericus, aut Archidiaconus, ad fæminæ tabernaculum non acce-
dat, declarans quod nec sub officiis aut humani-
tatis praetextu illius domicilium frequenter
intrèt, & si contra fecerit a liminibus ecclie-
sæ arrebat illa; clericus vero deponatur. Mo-
res enim à coniuncto formantur, & quisquis
presumitur similis illi, cù quod amicitia, & fa-

miliaritatis consuetudinem habet, de quo vide
Tiraquel. in legibus connubialibus Glossa 1. part. 5. nu-
m. 29. qui textū nostrū refert, illius etiam memi-
nit Covar. in cap. Alma mater, §. 2. num. 1. in illa que-
stione an prohibetur communio cum excommunicatis.
Meminit etiam nostri textus Jacobus de graffis
in decisionibus aureis cap. 9. num. 2. lib. 3. part. 2.

In Glossa, ibi, secrete. Ergo prop-
rietas sibi in secretis non ter suspi-
cionem magis damnatur occultè peccans, quā
palam, comparatione enim duorum malorū,
ut ait D. Hieronimus in Esaiam capit. 12. relatus à
Tiraquel. de panis temperandis causa 57. num. 5. Le-
vius est aperte peccare, quam sanctitatem si-
mulare, & in hūc sensum licet videamur pro-
fanis sacra miscere, refert Plutareus lib. de sua
huminum vendicta. Thespisium quendam, qui à
mortuis surrexerat asserere, apud Inferos eos,
qui manifestè peccaverant, palamque flagitia
perpetrabant, non tam acerbè plecti, quam qui
clam iniustè vixerant, preteri que, ac opinio-
ne virtutis delituerant. Materiā nostrā Glossa
latè prosequitur Tiraquel. de panis temperandis
causa 57. & illius meminit, numer. 6. eadem
causa.

C A P. Sed si forte. XXI.

S V M M A R I V M.

1 In iungebatur caput hoc antecedenti,
olim.

2 Dicitio, et quid importet? & num. 3.

C Apud hoc inunctum reperitur inveni
His exemplaribus capiti antecedenti,
ut per Archidiaconum Praepositum, Turrecre-
matā in praesenti, notavit etiam Additio
Gregoriana.

In textu, ibi, Et. Quæ dictio est co-
pulativa, & sufficit
alteram partem esse veram, sive copulet affirmati-
vè, sive negati-ve, ut tradit Rebussus in concor-
datis tit. de collationibus, §. 1. Boerius decis. 102. n. 1.
& 2. Chassaneus rubrica 7. §. 10. in verbo, de signo.
Ponitur insuper inter diversa, Glossa in s. que-
zellans, & in cap. ubi padum de simonia Rebussus ubi
proximitè. Paris. cons. 39. num. 21. & cons. 95. num. 6.
& 8. volum. 1. Decius cons. 502. num. 4. Quod intel-
lige, nisi ponatur inter duo idem significantia
quæcumque ponitur declarative. Bas., Ias., & ali.
in l. 1. ss. inst. & iure Felin. in cap. ex parte 1. num. 32.
vers. copula, & de rescriptis. Item ponitur dispu-
tatio 1. sape 53. ubi latè Alexander, & Capela nu. 4.
de verbis.

Et verborum significat. Tiraquel de retractu lignagier,
§. 1. *Glossa 20. num. 3. ad finem. Burfatus conf. 81. nu-*
20. volvus. I. Bertrandus conf. 156. num. 9. vol. 9. The-
saurus decif. 189. num. 2.

3 At qui plura de natura, & proprietate istius dictionis, scire voluerit, perlegat. Nat. conf. 573. num. 14. & conf. 582. num. 19. & conf. 626. num. 17. Ruinum conf. 104. vol. 5. num. 31. Paris conf. III. vol. 1. num. 23. Ruin. conf. 91. vol. 4. num. 5. Burfatu. conf. 141. volum. 2. ex num. 43. Ias. in l. Gallus, §. quidam rede num. 35. ff. de liberis, & postib. Mandos. in Glossa facultatum, & ad propriam in verbo, Et, pagin. 312. Bruno à sole, in question. legal. quast. 35. num. 4. Covar. in cap. Rainarius, §. 2. ex numer. 1. de testam. Menoch. conf. 4. num. 22. volum. I. Abb. num. 6. & Felin. ex num. 21. in cap. 2. de rescript. Anchay. in cap. 1. de constitutio- nibus. num. 35. Socinus Iun. conf. 83. numer. 22. volum. I. Tiraquel de retract. lignagier, §. 1. Glossa 20. num. 23. ad finem Alexand. conf. 101. num. 8. vol. 3. & conf. 25. vol. 7. num. 15. Hieronymus Portoles tract. 1. de consor- tibus cap. 1. num. 20. qui assert cum Cepola in l. sepe num. 4. ff. de verborum significatione in cap. clericorum arma de vita & honestate clericorum, ad ferendam ex- communicationem, minimè copulatiuè ista duo requiri, scilicet quod clericorum arma portent, & usurarij existat, sed alterum tantum sufficere, ut excommunicari possit, & plura vide per Thusc. tom. 2. lit. D. concil. 274. Cened. singul. 50. Ioan- nē Petrum Binium conf. 2. u. 66. & sequentibus, & conf. 36. num. 9. & 44. & conf. 93. num. 17.

C A P. Si quispiam. XXII.

S V M M A R I V M.

- 1 Eugenius 2. quis fuerit?
- 2 Clericus trinam spernens admonitionē proper fornicationē excommunicatur.
- 3 Mulier ratione delicti sortitur forū ecclasiasticum?

IN superscriptione, ibi, Eugenius. Quem additio Gregoriana dicit secundum, fuit Eugenius II. filius Buemundi vir forma decorus, & magna simplicitatis, ac humilitatis, tantoque sanctimonie, atque eloquentiae, ut omnium consen- su Pontifex crearetur anno Domini 824. Pauperum, pupilloram, & viduarum causas ac vitam ita tutatus est, ut ab omnibus merito pa- ter diceretur. Romæ synodum 63. Episcoporu convocabit anno Domini 826. Ludovico, & Lothario eius filio imperatoribus, quam syno- dum refert Baronius tom. 9. Annaliū dicto anno 826. in principio. At Eugenius cum sedisset

annos tres, menses duos, & dies viginti tres, moritur, undecima die Augusti collachri- mantibus omnibus, & suam vicem potius, quā mortem sanctissimi viri dolentibus, cum obi- tus ei via ad felicitatem optatissima esset. Se- pelitur in basilica sancti Petri Apostolorum principis, vide Platinam in eodem Pontifice, & Ba- tonium supra citatis locis.

In textu. Docet textus quod si aliquis 2 clericus suspectus fuerit de aliqua fœmina fornicationis criminis, & si præ- cedente tria admonitione nō resipiscat, quod excommunicetur, mulier vero canonica pena plectatur: materiam nostri textus prosequiue latè Gregorius Lopes l. 38. titul. 6. part. I. Glossa 3. per- tractat etiam sacrū œcumenicum concil. Trid. sess. 25. de reformatione matrimonij cap. 8. post dieū, & vide de materia Guido. papā decif. 558. Hierony- de monte variarum iuris, quast. 18. n. 48. Evadilba in Politica lib. 2. cap. 17. numer. 59. Menoch. de arbitrijs casu 418. Rebus. in concordatis titulo de publicis concu- binis, vers. prima ergo pan. Petrus de Bolo in acuno- mica ecclasiastica classe 1. capit. 4. §. Sed sequentibus Comitol. respons. moral. lib. 1. qua. t 57. Thomas Valasco. allegat. 34. à nu. 7. Riccius in collect. decisionum part. 4. collect. 857.

In Glossa 2. Habet Glossa in præsen- 3 ti quod ratione delicti mulier sortitur ecclesiæ forū, argumento textus in cap. si concubina 55. de sententia excommuni- cationis, de quo vide, quæ latè scripsimus, ad cap. Eos qui 10. nu. 6. & 7. supra dist. 32.

C A P. Oportet. XXIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici non cohabitent cum suspectis mulieribus?
- 2 Sacerdotes debet vigilare super ovibus sibi commissis?

In textu. Iubet textus in præsenti quod mulieres suspectæ non coha- bitent cum clericis, nec clericus cum sola cō- fabuletur, si quis vero præsumperit aliter agere, sacerdotij honore privetur, de quo vide etiam posita ad cap. interdixit 16. num. 1. & ad hysiolū 17. num. etiam 1. supra distin. 32. & insuper Abb. in cap. 1. de cohabitatione clericorum, num. 1. & 3. Car- dinal. num. 1. Imola numer. 1. & 4. Burrium numer. 1. Hystensem in principio, & ibidē Innocentium, & An- nianum num. 1. qui noslī textus meminit, omnes in d. cap. 1. de cohabitatione clericorum. Medinam de facrorum hominum continenti lib. 2. cap. 21. pagin. 85. Si veid altiori indagine libeat perscrutari, cur toties sacri canones, homines Deo, arisq; mā- cipatos, ab omni arceant, & semovere fami-

M m m narū

Prima pars Decreti.

678

narum consortio? Ego illam rationem omniū potissimum esse duco, quia oportet sacerdotes esse masculæ, solideque virtutis, quam nullæ fæminarum illecebræ valeant emollire. Mulier vero nomen habet à corporis mentisque mollitiæ, ut auctor est Tiraquel. l. i. Conub. num. 55. Alciat. in l. mulieris appellations part. 2. ff. de verbo. signif. pag. 32. Blasius Alvares Mirabal; in libro inscripto, conservacion de la salud cap. 88. Orozco in libro dicto, thesoro de la lengua Spañola, verbo, muger. Ne ergo masculam, virilem Sacerdotum virtutem possint mulieres enervare, procul ab illis absint. Tutiū enim est ad basiliscum, quam ad mulieris colloquium accedere, ut pulchrè, & poeticè innuit Michael Vitinus in libro sententiæ, hoc carmine.

Tatius in sylvis basiliscum audire freuentem.

Quam molles cantus, famineumque melos.

2 In tex. ibi, Vigilare super dominicas oves. Debet igitur pastor vigilare, & non dormire super custodiā gregis, sique etiam habetur in Psalmo 120. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel, latratu enim canum, & baculo. pastorum arcendi sunt lupi, ut habet Isaías cap. 55. & Ezechielis cap. 34. dicitur, Væ pastoribus Israel, qui semel ipsos pascebant, &c. materiam nostram textus in præsenti latè pertractat Gregorius Lopes l. 15. Glossa 3. & 4. titul. 8. partita 5. qui nostri textus meminit. Illud hoc loco non omittam, quod satis ingeniose ad notavit Arator Cardinalis poeta egregius, in suo libro, qui inscribitur histrio Apostolica, ubi observavit, non sine divini numeri iustu factum esse, ut omnium pastorum pastor maximus Petrus, diceretur; nam Petrus lingua Hebræa idem sonat, quod cognoscens; optimi enim pastoris est, oves agnoscere, illisque semper omni cura, & studio invigilare. Ita ille sectione 23.

De merito qui nomen habet, nam Petrus Hebraeo Agnoſeens sermone sonat.

Illud præterea non minori ingenio idem Arator observavit, quod maximam in ecclesia pastoribus vigiliam videtur commendare, cum enim omnes sint animarum venatores, debent omni solicitudine prædis invigilare, ne unquam pastoralis curæ Iaqueos aufugere, vel divini sermonis retia valeat evitare. Hinc est, quod ipse Petrus ecclesiæ pastor, natus sit in Bethsaïda, quæ apud Hebræos interpretatur domus venatorum. Ita Arator sectione 24.

Non deerit sua fama locis; Petrus omnia prendens, Bethsaïda satus urbe fuit, quæ nomine Hebraeo, Venatorum est dicta domus: qui verus ab illa, Ecclesia Venator adest. quia cuncta peregrans, Cinxit, & ad fidei collegit retia gentes.

In textu ante medium, ibi, nō vituperetur. Dicit notabilem textū nostrum in præsenti Ioannes Montholensis, Eduensis in promptuario Iuris tom. I. verbo, contemptib[us] littera D. fol. 97. ad illud videlicet quod sacerdotes redduntur contemptibiles, non modo ob eorum crimina, sed etiam ob eorum multitudinem seu turbā copiosam, de quo est textus in cap. legimus 24. infra distin. 93. amie finem, ibi increbescientibus, & noto n. 16. ibidem.

C A P. Volumus. XXIV.

S Y M M A R I V - M.

- 1 Sacerdotibus prohibetur mulierum cōversatio.
- 2 Vtrum coniugatus ad ordines promotus possit uxorem domi habere.
- 3 Noſtra Glosſa meminit Gregor. Lopes,

I N textu. Prohibet textus in præsenti sacerdotibus ne assiduā mulierū cōversationem habeant, & solū illis concedit obsequiorum honestorū præstandorum causā, quod possint in domo matrē, fratrib[us], avias, & descendentes usq[ue] ad quartum gradū retinere, quia ratione cōianguinitatis omni suspicione carere videntur. Noſtri textus meminit. Navat. & illius materiam latissimè pertractat. 4. de regularibus, §. 17. num. 65. Incipit decimo septimo moveri, pertractat etiam materiam. Trid. sess. 25. cap. 14. in principio de reformatione.

In textu ad mediū, ibi, Vxore. Colligi videtur ex hoc textu posse coniugatū ad facios ordines de cōlensu vxoris promotū eā domi retinere, & cū ea cohabitare: distinguendū tamē est cū Hugone, Archid. Dominicō, & Turrec. omnes, n. unico in noſtro textu, & cū Abb. in c. coniugatus, n. 5. de convers. cōiugat. Frātis Matrici decis. 734. n. 6. p. 2. quod cōiuges ad hoc, ut permittātur habitare debet esse omni suspicione immunes, quod si aliter eveniat, nullatenus cohabitat[ur] permittēdi sunt. Et merito addūt citati DD. quod etiā nō sint suspecti, nō permittātur in eodē lecto, aut camera habitare quia moraliter loquēdo nō vacabit magno incōtinētiæ periculō, aut saltē iniquę suspicione, & scandalū nō levē ansa præbebit, de hac materia vide Sanib. de marri. tom. 2 lib. 7. disp. 39. n. 8. Vide etiam que diximus ad cap. Episcopus, n. 8 ſupra diſt. 77.

In Glosſa. Cuius meminit Gregor. Lopes part. I. titul. 6. l. 37. Glossa 3. ad medium, adjiciens, quod licet clericus possit habere secum bonæ famæ consanguineam, quod ista non debet habere pedissequas.

C A P.

C A P. Legitur. XXV.

S V M M A R I V M.

- Quibus personis Gregorius hanc epistolam misit.
Exemplo sancti Augustini sacerdotibus persuadet Pontifex?

N textu. Misit Gregorius Primus hāc epistolam Romano defensori, Fantino defensori, Sabino subdiacono, Adriano notario, Felici subdiacono, Sergio defensori, Bonifacio defensori, apudibus & sex patronis, ut constat ex registro epistolarū in dictione 2. epistola 39. per venerat autem ad Gregorium, quosdam episcoporū sub praetextu quasi solarij in una dono cum mulieribus conversari: hoc omnino habet cōfessore, & de cætero eas illic nullo modo habitate exceptis eis, quas sacerorum canonum censura permittit.

In text. ibi, Divus Augustinus.
Qui noluit cū sorore cohabitare propter alias mulieres, quas ipsa secum habebat, & ita eius exemplo nititur Summus Pontifex alij sacerdotibus persuadere, quid sic faciant: debemus enim alicitis quandoq; abstinere si illorū occasione ad illicita pervenitur: de materia nostri textus vide Abb. in c. 1. de cohabitatione clericorum, num. 4. & Greg. Lopes partita 1. tit. 6. l. 37. Glossa finali, qui uterque nostri textus meminere:

C A P. In omnibus. XXVI.

- S V M M A R I V M.
- 1 Solus clericus ad solam mulierem non accedat.
 - 2 Dic̄io, debeat, quid significet? & n. 3.

N textu. Vult textus in præsenti quod clericus, sit in omnibus circunspectus, ita ut si velit religionis observans apparere, certis personis, & loco etiā non suspecto loqui debet, nulla enim religio permittit quod solus clericus ad solā mulierē accedat, immo religiosi debent omnem suspicio- mē tollere, cum non solum, à malo, sed etiā taballīus occasione cavēdum sit, quam materia latissime pertractat Paul. Falso, de visitatione lib. 2.

cap. 15. num. 90. qui nostri textus meminit, & num. 20. eadem cap.

In text. ibi, Debeat. Quæ dictio importat necessitatē aliquid agendi, l. prater, f. edendo, l. i. s. i. f. quod quisque iuris, l. debitor 108. f. verborum significatione, l. i. in principio, f. bareabus instituens Schat cons. 17. colum 5. inter consilia Borchol, adeoque verbum Debeat, importat necessitatē, utilices verbum Potius, liberam denotet p. voluntate l. sepe f. de officio præsidis, Bart. in l. nō quidquid f. de iudicijs, hoc tamen locū non habet iuncta dictione Debeat, tunc enim ratione talis adiuncti significatio illius verbi alteratur, & illa verba simul iuncta, non voluntatem, sed necessitatē præciāp. significat, ex multis probat Sebra. & cōfirmat illuc Borchol. dicto cons. 17. colum. 6. pro ut illos refert Aldorius cons. 40. num. 22. 23. & 24. ubi latissimē materiam pertinet. Etat. Alexand. cons. 223. incipit. Visits verbis ny. 4. lib. 2. significat etiā dicitio Debeat formam Marsil. cons. 65. num. 6. & cons. 117. num. 19. Socinus cons. 37. num. 7. lib. 2. Beta cons. 83. num. 1. lib. 1. in criminalibus. Aldorius cons. 20. num. 106. & cons. 40. ny. 23. Quod amplia in lege præcipiente per istam dictiōnem, tūc enim regnaciter inducit præceptū, per quod contrafaciens incurrit peccatum mortale, Glossa in Clemenciam attendentes, verbo, Debeant, de statu monachorum per textum in cap. oblate 57. de appellacionibus. Calderinus cons. 220. vers. quinto probant, de virtute, & honestate clericorum. Importat etiam urbanitatem, verbi gratia debet, id est potest Glossa in l. 3. verbo, Debet Cod. de pignoribus, eleganter. Cardinalis Tuscb. tom. 2. cap. l. 32. & 262. littera D.

In fine textus, ibi, Esse simul.

Nomo enim solus satis sapit, & Phænisis etiam sententia est, Vir unus nemo cui etiā despicit. Unde prefectum videri potest, aliud Gæcorū uetus proverbium, Vir quidē unus, nullus est, & Salamon ille omnium mortalium sapiēssimus in ecclesiast. cap. 4. clamat V. soli, dixeratq; antea duos melius esse simul quam unum, cū sit integrum iudicium, quod multorum sententijs cōprobatur, quod etiā Aristoteles lib. 3. Politicus ostendit cū dicat non facile esse unū discerne-re, de quo Tiraq. de panis temperandis causa 51. n. 63. ubi amplissime agit, & nō nisi textus meminit.

C A P. Cum omnibus. XXVII.

- S V M M A R I V M.
- 1 Quas mulieres, exceptis consanguineis possit clericus secum habere?
 - 2 Dic̄io, In omnibus, quid importet?

3 Servi an possint contrahere cū ancillis
in scis dominis.

4 Sacrilegus quando amittat beneficium?

IN textu. Concilium Carthaginense limitans aliquantulum superiorum capitulorum decreta, in praesenti exponit quomodo facienda sit mulierum separatio, nam si istae sint in domo clerici cum illius matre, vel consanguineis à iure canonico permisis, ante ordinū susceptionem, non sunt repellenda, turpius, enim quis ejicitur, quā nō admittitur, quod etiā probat textus in cap. quemadmodum 25. de iure iurando.

2 In principio text. ibi, In omnibus. Quæ dictio repetit omnia quæ procedunt, exceptis his, quibus manifestè adversatur: tradit Socinus Iunior lib. 1. cons. 83. Simon à Praiss de interpretatione ultim. volum. solut. 1. fol. 170. numer. 140. pro ut illos refert Ioannes Petrus Birnius tom. 3. cons. 235. nu. 24. ubi videbis.

3 In textu ad finem, ibi, Servis. Inde deducit Turrecremata in nostro textu, num. 1. quod servi possunt matrimonio copulari cū ancillis aliorum invitit dominis, vel nescientibus, & est D. Thom. in 4. dist. 36. quæst. unica art. 2. quem omnes sequuntur Sanch. 2. tom. de matri lib. 7. disp. 21. n. 3. ad principium; facit textus in c. 1. de coniugio servorum.

4 In Glossa 2. Notat Rebiffus in praxi 3. parte titulo de modis amittendi beneficia, nu. 56. quod sacrilegus amittit beneficium suum per sententiam privationis, & nostræ Glossæ meminit; & quidē si sacrilegij enormitas attendatur, iustum sane est, hominē sacrilegum omni beneficio spoliari. Ratio est quia, pœna ordinaria sacrilegij capitalis est, ut constat ex l. Sacrilegij, ff. ad legem Iuliam pecul. l. aut facta, §. locus, ff. de panis. Deinde ex lege duodecima tabularū apud bonos auctores receptū est, antiquam esse omnium gentium cōsuetudinem, ut sacrilegi homines capite plecterentur, vel ex saxo præcipitarentur, vel acerbissima equulei pœna torquerentur, ut post Cælium lection. antiq. lib. 12. c. 13. latè probat Petrus Greg. Syntagm. iuris lib. 33. cap. 15. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 23. Qui ostendunt equulei supplicium parricidis infligi solere. Cum igitur ecclesia ob insignem clementiā, & benigntatem, nullū hominem pœna capitali soleat coercere; imo habeat gladium spirituale, quo vivificat, non vero materialem, quo mortificat, ut habetur cap. inter hac 33. quæstione 2. cap. Sententiam sanguinis, ne clerici, vel monachi, cap. Archiepiscopus

de raptoribus, hinc sit, ut loco pœnae capitalis, qua homo sacrilegus erat dignissimus, cunctum puniat alia pœna minori, qualis est privatio beneficij.

CAP. Non oportet. XXVIII.

SUMMARY.

1 Clerici non habeant communia balnea cum mulieribus?

2 Dictio, Non, quamnam significationem habeat?

IN textu. Per quem non solum clericis, & alijs ministris verum omnino populo christiano prohibetur omnino, ne cum mulieribus lavacra, & balnea communia habeant, nam hoc etiam gentiles maxime, & reprehendebant, & comprehensos acerrimis pœnis puniebant, quibus non solum amissionē bonorum, verū etiam infamiam irrogabant, ut probat textus in l. ultima Codice repudijs. textus in l. Athletas 4. ff. ijs qui notantur infamia, notat Glossa ultima in cap. omnis qui 24. q. 1. Meminit etiā nostrī textus Jacobus de graffis in decisionib. antea, cap. 9. num. 2. lib. 3. part. 2.

In principio textus, ibi, Non. Quæ dictio contenta includit, & non contenta excludit, l. cum ultra cod. non numerata pecunia l. eos §. 1. Cod. de usujs l. 2. ff. In officioso testamento l. final Cod. de modo multarum. Socinus senior cons. 225. ultim. 1. vol. 2. licet illum male citet Ioannes Petrus Birnius 3. tom. cons. 298. num. 31. cum ibi solum agat de dictione dumtaxat

CAP. Archidiaconum. XXIX.

SUMMARY.

1 Quid sum. Pontif. ad episcopum Caralitanum scribat?

2 Dictio, Volumus, quid significet?

3 An hic canon sit late, vel ferenda sententiae?

4 Debet precedere tria monitio, ut clericus excommunicetur?

IN textu. In quo Summus Pontifex ad Episcopum Caralitanum scribit, commendans ei, quod si Archidiaconus